



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)



DE MYSTERIO SANCTISSIMÆ
ET ADORANDISSIMÆ

T R I N I T A T I S ,

Doctore LUDOVICO MOLINA, è Societate IESV, Autore.

Q V ÄSTIO XXVII.

De Processione diuinatarum personarum.

RADITA buc usque prima ex illis tribus precipuis partibus, in quas à principio totum hoc opus distribuimus, in qua de Deo, & de attributis, que illi, quatenus unus est in essentia, conueniunt, differunt, aggreditur D. Thomas secundam, in qua de arcano sanctissima Trinitatis mysterio totum nature lucem, Angelici etiam intellectus, transcendente usque ad quest. 43. disputat. Porro in eo tradendo, eo ordine prograditur, ut primo agat in hac questione de processionibus diuinatarum personarum, per quas tum relationes originis, quibus persone constituantur, ac distinguantur, tum etiam persone ipsa innescunt. Secundo questione sequenti de relationibus originis. Et tertio de personis ipsis, aliisque ad hoc mysterium plenius intelligendum necessariis, usque ad questionem 43. pertractet.

A R T I C V L U S I .

Vtrum in diuinis sit processio, similique de erroribus Argy, Sabellij, & aliorum hereticorum.

D I S P U T A T I O I .

In c. a questionem propositam animaduertendum est, nomen processio, vt D. Thomas & Durandus in 1. dist. 13. q. 1. ibitant, videri primum impossitudinem significandum motum progressionis animalium, quo à scilicet motu procedunt ab uno loco in alium; deinde vero videri extensem ad significandum quacumque emanationem viuius ab alio, tamquam à causa sua, aut principio: quo secundo modo sumitur hoc loco.

Diuus Thomas quartor in hoc artic. præstat. Primo innuit, intenditque hanc conclusionem: In diuinis est processio. Quam probat, quia Scriptura facta de rebus diuinis loquens vultur nominibus significantibus processionem cum autem ei non possit subesse falso, neque hac in parte imprοpriè aut metaphoricè loquatur, sit, vt in diuinis sit processio. Conclusio est de fide, vt constat ex illo Ioan. 7. Ego ex Deo processi. Ioan. 15. Spiritus veritatis, qui à Patre procedit. Ecclesiast. 2. 4. Sapientia genita de se ipsa ait: Ego ex ore (id est, intellectu) altissimi prodidi, primogenita ante omnem creaturam. Mich. 5. de Meleia dicitur: Egressus eius ab initio à diebus aternitatis. Et in Symbolo, quod in Missis canitur: Qui ex Patre Filioque procedit.

Secundo loco excludit errorem Arij, qui vixit

A tempore Sylvestri, & Constantini circa annum 314. Hic processiones diuinæ actions quasdam ad extra esse dicebat, quibus effectus esentialiter, ac substantialiter à suis causis distincti producerentur. Etenim licet Filium Dei, propter ea, quæ in Scripturis de eo dicuntur, verbo tenus Deum, Patrique similem esse affirmaret, neque proinde concedere veller plures Deos, dicebat tamen, neque consubstantialem, neque coeterum Patri fuisse, sed esse creaturam quādam spiritualem omnium nobilissimam, de nihilo ante omnia alia à Deo creatam, non tamen ex aeternitate, & ob id processione infinitum tempus cogitationis apprehensum, in quo nondum erat. Addebat, iuxta illud Ioan. 1. Et Verbum caro factum est, sumpibile in utero Virginis solam carnem, non vero animam rationalem, sed carni loco anime viuiisse suam substantiam, idcōque esse hominem per mysterium incarnationis, non tamen eiusdem speciei, & rationis nobiscum. De Spiritu Sancto affirmabat, esse de nihilo creatum à Filio, illo inferiore. Ita referunt Epiphanius libro secundo aduersus heres, heresi 69. Augustinus de heresis ad Quod vult Deum, heresi 49. & Socrates lib. 1. cap. 2. & 3.

Origenes, qui circa annum 237. floruit, tamquam pater, & fons heres Arianorum fuit habitus, quatenus teste Epiphanio in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum, docuit Filium non posse videre Patrem, neque item Spiritum sanctum posse videre Filium. Imò Augustinus heresi 43. affirmit Origenem docuisse, Filium Patri collatum esse mendacium, neque orandum vñā cum Patre, sed Filium & Spiritum sanctum esse creature. D. Thomas 4. contra gentes, cap. 6. suspicitur heresim hanc ex verbis Platonis ortum habuisse: quia Plato confitetur,

Arij error
circum diuinæ
processiones,
personas, &
Christi tam
diuinitatem,
quam huma-
nitatem.

uebat summum Deum Patrem creare omnium rerum, addebatque ab eo primo suisse primam memorem, per quam cetera furentur. Origenes vero Platonicus fuit. Credendum præterea est, multos ex seculatoribus Platonis & Origenis ante Arium in eodem fuisse errore, tamet non eas vires habuerit, quas in Ario assumpsit. Hic namque idem error est, quem ante tempora Arii adductis multis Scriptura facere testimonii damnatur Xistus I. epist. i. decretali ad omnes Christi fideles. Xistus II. epist. i. ad Granum Episcopum, Felix I. epist. 3. ad Benignum Episcopum, & Marcellinus epist. i. ad Salomonem Episcopum. Eundem damnatur Higinus, & Soter, uterque epist. i. Athanasius etiam in epistola ad Episcopos Africae, ita inquit: *Prisci Episcopi ab hinc annis prope 130. tum qui Roma, tum qui in nostra civitate pontificatum gerere, accusaverunt eos, qui Filium creaturam dicere, aut qui negarent eum confubstantiam Patri.* Quia eadem epistola docet, vocabulum *διεστον*, quo Patres Nicenæ Synodi Patrem, & Filium confubstantiales esse preferuerunt, non fuile tunc inuentum, sed prius à Patribus usurpatum. Et sane Higinus epistola citata ita ait: *Nos itaque in natura diuinatim (quia unum sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus) neque Patrem aliquo tempore credimus precessisse, ut maior sit Filius, neque Filium postea natum esse, ut diuinitate Patris minoretur.*

Illud admonuerunt, Pamphilum martyrem in Apologia pro Origene, qua: habetur ad finem primi tomo operum Origene, multis adductis testimoniosis ex operibus illius conari vindicare eum ab errore, quem Epiphanius, & Augustinus Epiphanius sequutus, illi tribuunt, nec sine specie maxima probabilitatis, cum testimonia citet in quibus contrarium docuit Origenes. Et tam Pamphilus, quam Rufinus contendit, errores multos insertos fuisse operibus Origenis ab illius aduersariis. At certe licet ex testimoniosis, quæ Pamphilus citat, constet Origene a heresi, Filium esse coeterum, & consubstantialem Patri, neque esse à Patre productum de nihilo, atque adeo creatum, sed esse de substantia Patri, nihilominus, si recte testimonia expendantur, redolere videntur, Filium non ea ratione consubstantialem esse Patri, quasi eadem numero natura sit, in virtute, sed potius quasi Filius sit tamquam vapor de substantia Patri exhalatus: quod error est in fide. Ceterum quid de Origene censendum sit dicimus postea. 64. artic. 2.

Inter sectatores, præcipuoque heresis Arianae defensores, connumerantur Eusebius Episcopus Nicomediae, Lucius, Acatius, Aetius, Euhomius, Hi duo Arianae heresi addiderunt, Filium per omnia Patri esse dissimilem, ut Augustinus heresi 54. refert: aduersus Eunoium scriptis Bafilius tres libros: Macedonius ab Ario dissensit, quatenus Filium Patri consubstantialem affirmit: cum eo vero consentit, affirmans Spiritum sanctum esse creaturam, qua de causa Macedoniani semi-Ariani appellati sunt, ut testatur Augustinus heresi 52. Contra Maximum Arianaum scriptis Augustinus tres libros, & contra Faecilianum Arianaum librum unum, habentur vero 6. tomo operum Augustini.

Mahometus (quem Ioannes Damascenus heresi 100. Macedoniam appellat) de mercenario camelorum pastore, ac mercatore diues effectus, à Sergio Nestoriano pseudomonacho instrutus ac adiutus circa annum 640. sectam medium ex hac Ariana, & ex Iudaea, multarumque aliarum heresum, ac fabularum collusione commixtam confecit. Quod

A ad præsens institutum attinet, docuit unum esse Deum, qui neque genuit, neque genitus est. Christum dixit esse Dei Verbum, at puram creaturam, conceptumque fuisse per Spiritum sanctum de Maria, negavit à Iudeis crucifixum. Inter alia, hæc de Christo scribuntur in Alchorano. *Christus Iesus filius est Maria, & Apostolus Dei, & Verbum Dei, quod in ea posuit per Spiritum sanctum.* Rursus inducit Deum dicente. *Dedimus Iesum Christum filium Marie, ut faceret prodigia, & miracula manifesta & perficerimus eum per Spiritum sanctum.* Addidit, *Christum fuisse annunciatum, & per Spiritum sanctum sanctificatum, & non communis operatione naturæ, sed virtute Dei conceptum, & ex Maria virginе sanctissima, & supra omnes mulieres mundæ procreatum.* Quibus mira laudes sanctissimæ Matris adiiciuntur in Alchorano. Si placet, legito Sanderum lib. 7. de visibili monarchia Ecclesiæ, heresi 125. & Canisium lib. 3. de Deipara, cap. 20.

Tertio loco excludit D. Thomas errorem Sabellij, errore Arii antiquorem. Sabellius sub Stephano summo Pontifice, & Emilio Imperatore circa annum 155. processiones diuinæ secundum actionem Dei ad extra est etiam interpretatus alter tamen ac Arianus. Confitebatur namque, Filium esse verum Deum Patri consubstantialem, & Spiritum sanctum similiter: nihilominus in Deo esse unum tanquam suppositum ac personam, quæ, ut ex tempore naturam allumpit humanam, diceretur Dei Filius: se vero, atque ut principium est terū creaturam, diceretur Pater: ut autem ex tempore sanctificat creature mentis preedita, diceretur Spiritus sanctus. Quare concedebat id, quod inde necessarij sequebatur, nempe Christum simul esse Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, ne minus Patrem, & Spiritum sanctum fuissent passos, & sepultos, quam Filium. Qua de causa sectatores huius erroris Patripasiani nuncupati sunt. Ita Hilarius 4. de Trinitate, & Augustinus heresi 70. Eundem errorum secutus est postea Priscillianus, ut Augustinus ibidem referit.

Error hic antiquior fuit Sabellio, quia tamen eius tempore maiores vires accepit, multoque plures infecit, Sabellio tribus est. Etenim Victor summum Pontifice, & Commodo Imperatore, circa annum 186. Ex seculatoribus Montani, qui tum Montanisti, tum Cataphryges dicti sunt, aliqui, quos Cataphrygas secundum Aelchinem vocabant, docere coepit, Christum simul esse Filium, & Patrem. Eodem secuti sunt Præceas, & Victorinus (ut Tertullianus de præscriptionibus refert) sanctissimam Trinitatem in unum persona angustias (ut Hieronymus ad Marcellam scribit) cogentes. Hunc errorem complexus est postea Noërtus, ut Epiphanius heresi 57. refert. Noërtus Sabellius est secutus, & eam heresim corroborauit, id estque eius facta autor habitus est.

Quarto loco statuit D. Thomas hanc secundum conclusionem: Procello in diuinis conuenientiis constituitur secundum emanationem ad intrâ, ut Catholica fides docet, quam secundum actionem ad extra, ut heretici peruersè interpretantur. Ante probationem præmittit, in rebus creatis omnem præmissionem: quemadmodum vero duplex est actio, una transiens, alia manens in ipso agente: ita duplex est processio, una transiens extra causam agentem, quælis est processio caloris ab igne in aquam: altera manens intra causam agentem, quo pæcto, quando aliiquid intelligimus, conceptus, seu verbum mentis,

Origenes à
Pamphilum ex-
clusus.

Mahometi
origo.

Sabellius omni-
circa dominum
præcipientem
ac personam.

Secunda di-
Toma co-
clusio.

quo

verum mentis quo id percipimus, emanat ab intellectu per actum intelligendi, & manet intra ipsum. Atque hoc est, quod significant verba illa Divi Thomæ: *Quicunque intelligit, ex hoc ipso, quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectus, ex vi intellectua pronens, & ex eius notitia procedens. Quam quidem conceptionem vox significat, & dicitur verbum cordis significatum verbo oīs.* Hac tenus D. Thomas, qui nomine conceptionis, conceptum, seu verbum mentis, ut satis ipse explicat, intelligit. Porro conceptum dicit prouenient ex vi intellectua, hoc est, ex intellectu, tamquam ex potestate & principio efficiente, & ex eius notitia, id est, actu cognoscendi, & intelligendi tamquam ex actione, cuius terminus productus est conceptus, seu verbum mentis.

Conclusionis confirmatio. His ita constitutis, probat conclusionem in hunc modum: *Deus est supra res omnes creatas, et que inter-
vallo infinito excedit: ergo quia in Deo esse discuntur non
sunt intelligenda ad modum eorum, que in rebus infini-
mis creatis, ut sunt corpora, innueniuntur, sed ad modum
eorum, que innueniuntur in rebus supremis, quales sunt
intellectuales substantiae, a quibus similitudo accepta non
representat, quantum par est, diuina, ut sunt in seipsis;* ergo processio, quam Scriptura sacra ponit in Deo, non est intelligenda secundum actionem transcendentem, qualiter cernitur in corporibus, sed secundum emanationem ad extra, eo modo, quo dum aliquid intelligitur, verbum rei intellectus emanat intra intellectum a dicens & produc-
ente illud, & hoc modo fides Catholica constituit processione in diuinis.

Principio in diuinis non est actio. Quo loco aduerte, meritò D. Thomam intulisse, processionem in diuinis intelligendam esse secundum emanationem ad intra in intellectu, & non intulisse, intelligendam esse secundum actionem ad intra: quoniam processio in diuinis non est actio, sed emanatio. Atque in eo deficit processio verbi creati in intellectu creato, à representatione emanationis diuinae: processio namque verbi creati per actum intelligendi est vera actio, per quam producitur verus effectus distinctus essentialiter à producente, quod necessarium est ad rationem actionis, atque effectus, & causa: at vero in diuinis licet detur productio ad intra rei distincta à producente, quod satis est ad rationem emanationis & productionis, quia tamen res illa non distinguuntur essentialiter à producente, neque dari subiectio, neque causa, neque effectus, sed solum productio & emanatio ad intra, que latius patet, quam actio, omnis quippe actio productio est & emanatio, sed non è contrario.

DISPUTATIO II.

Ex veteri testamento aduersus Iudeos, & hereticos demonstratur, Christum verum Deum esse Patri consubstantialem.

Sequentibus disputationibus sunt explicanda la-
tius, quæ disputatione præcedente presē dicta sunt. Ac primò non solum aduersus Arianos, sed etiam aduersus Iudeos, qui testamentum vetus recipiunt, eisdem testimonii est hac disputatione demonstrandū, Christum esse verum Deum.

Secunda secunda, dum de libris canoniceſ effet sermo, ostendimus, Iob fuſſe prophetis omnibus veteris testamenti antiquiore: quare operæ pretium erit ab eius verbis initium sumere. Is ergo in medio gentium constitutus, ad Ecclesiāmque legis natura spectans, cùm cap. 19. tot modis, ac tam vehe-
menter le attritum à Deo conquereretur, vt affi-

Molina in D. Thom.

maret, habere se instar arboris eradicate, sine spe in iis, quæ ad hanc vitam pertinent, tamen excellētiorem multò sibi spem apud Deum post hanc vitam remanere ostendere volens, ferè bis mille annos ante Christi adventum miro verborum pondere in hunc modum de Messia Seruatore mundi, dèque mortuorum relūrētione vaticinatus est. *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarantur in libro stylo ferreo, aut plumbi lamina, & colte sculpantur in silice?* Scio enim, quod Redemptor meus vivit, & in nouissimo die de terra surrectus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum: quem visurus sum ego ipse, & oculi mei confecturi sum, & non aliis: reposita est hec spes mea in ſuō meo. Ita haber editio vulgata.

Paraphras Chaldaicus cuius maxima est auto-
ritas apud Iudeos, ita transtulit: *Quis tribuat hic, ut scribantur sermones mei? Quis det, ut signentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina in aeternum in petra scul-
pantur? Ego scio, quia Redemptor meus vivit, & post
bac redempcio eius consurgeret super me, & postquam in-
flata fuerit pelle mea, erit hoc, & de carne mea videbo
terum Deum, quem ego visurus sum mihi, & oculi mei
videbūt, & non aliis: compiti sunt renes mei in ſuō meo.*

Litera Hebraica de verbo ad verbum ita habet. *Quis dabit nunc, & scriberentur sermones mei? Quis dabit in libro, & imprimerentur in stylo ferreo, & plum-
beo in perpetuum in petra sculperentur. Ego noui Re-
demptorem meum vivum, & in nouissimo super pulu-
rem statutum. & postquam pellem meam contriverint
hanc, & de carne mea videbo Deum, quem ego visurus
sum mihi, & oculi mei videbunt, & non aliis, defecerunt
renes mei in ſuō meo. Hac omnia habes in Biblia Re-
giis Antuerpiensibus iuncto 1. tomo apparatus.*

Phrasis illa Hebraica mi iijthen ephe vejcoubhun millai, id est, *Quis dabit & scriberentur sermones mei?* Similis est Hispanæ, qua dicimus: *Qui en dieſe agorā y eſtrui effense mis pa-
labras?* *Quæ cùm ſibi optantis lit, ut scribantur ser-
mones eius idiomāque Latinum in tali loquendi
forma, neque conſueuerit vti aduerbio, nunc quod
tamen in Hispano, & Hebreo sermone in ea, & si-
milibus loquendi formulis exaggerantis eſt, vel de-
ſiderium, vel id de quo eſt sermo) neque item con-
ſueuerit adhibere coniunctionem illam, & vt He-
breus, Hispanusque sermo adhibere ſolent, meritò
vulgatus interpres verba Iob idiomatici Latino ad-
aptas, tranſtulit. *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermo-
nes mei?* Etenim ſi beatus ſob Latinè fuſſet locutus,
eodem proſrus modo ſenſa ſui animi expreſſiſſet.*

Verba illa quæ ſequuntur, *בְּעֵשׂ בְּרִאָה וְעַפְרָה*, mi iijthen basſephē veiaghah, id est, *Quis dabit in li-
bro, & imprimerentur, tranſpōlitum habent verbum
illud, in libro: idque metri caula, ut Caietanus in eum
locum affirmat. Ut enim 2. 2. loco citato dicitum
eſt, ferè totus ille liber metro, non vero ſoluta oratione, in Hebreo eſt scriptus. Quare ordo literæ eſt:
Quis dabit, & imprimerentur in libro, id est, ut im-
primerentur in libro: eſtenim eadem haec phrasis
cum præcedente. Cū vero impressio sermonum
in libro stylo ferreo iuxta morem temporum il-
lorum fieret exarando, meritò tranſtulit vulgaris
interpres: *Quis mihi det, ut exarantur in libro.**

Verba quæ ſequuntur, *בְּעֵשׂ בְּרִאָה וְעַפְרָה*, begubet barzel vegophareth, id est, *in stylo ferreo,*
& *plumbeo, coniungi poſſunt cum præcedentibus,*
& *cum ſequentibus.* Præterea, in Hebreo verba illa, ferreo, & plumbeo, non ſunt denominativa & ad-
iectiva, deducita à ferro, & plumbō, ſed ſubstantia
ſignificantia ferrum, & plumbum: poroſtqae

H h vrum

vtrumque verbum construi, vel *cum stylo*, eo modo, quo Hispanè dicimus, *E stylo hierro, & de plomo:* vel primum potest construi *cum stylo*, atque coniunctio, & quæ sequitur, potest coniungere plumbum cum libro, ita ut sit sensus, exarenius in libro *stylo ferreo, & in plumbo:* vtrumque enim sensum patitur litera Hebreæ, idiomaque Hebreum.

Iuxta hæc ergo, coniungendo verba illa cum precedentibus, duplex est sensus. Primus: *Quis mihi dicit, ut exarenius in libro stylo ferreo, & in plumbo.* Hic tamen sensus germanus non est. Etenim neque in more positum erat utroque *stylo exarare*, atque imprimere sermones in libro, sed solo *ferreo* ad id aptiori, neq; beatus Iob id optabat. Quare neque editio vulgata, neque Paraphrasates Chaldaicæ hunc sensum innunt. Secundus est: *Quis mihi dicit, ut exarenius in libro stylo ferreo, & in plumbo, ita videlicet, ut in lamina plumbi ad modum paginarum libri expansa, exarenius etiam, ut diuini exarati permanenter. Atque hunc sensum amplexus est interpres vulgatus, ad quem melius exprimendū dixit, *aut plumbi lamina.** Paraphrasates quoque Chaldaicus vñs est *plumbi lamina.*

Sanctes Pagninus vero, Arias Montanus, & reliqui, qui de verbo ad verbum Hebreæ verba in Latinum sermonem vertere conantur, quia non aliter transferri in Latinum poterant nomina illa (substantia, ferrum & plumbum, quæ in Hebreo, perinde atque in Hispano sermone, declinatione carent) quam vel efficiendo de illis adiectiva & denominativa, vel addendo aliquid, eò quod idiomam Latinum aliud non patiar, elegerunt potius vertere, *in stylo ferreo, & plumbo,* quam aliquid addere. Ex quibus pater, literam Hebream nihil pugnare cum sensu, quem editio vulgata expressit.

Antequam autem explicemus, quem sensum eadem verba efficiant, si cum sequentibus iungantur, prosequemur sensum, quem interpres vulgatus in sequentibus verbis amplexus est, expressisque in editione vulgata. Sequitur, *In perpetuum in petra sculperentur.* In Hebreo habetur, *לְהַבֵּן laghad, id est, vñque, quod Hebreæ phrasit est idem, quod in perpetuum.* Loco cuius Titelmannus in eundem locum affirmit, vulgatum interpretem transtulisse, *aut certè sculpanur in silice,* id est, petra dura, quod diuini adhuc permaneant. Quasi iuxta sensum, quem vulgatus interpres expressit, Iob processerit gradatim à minoribus ad maiora, exoptans primū, ut ipsius sermones absoluē scriberentur, deinde ut in libro *stylo ferreo, aut plumbi lamina;* tertio, *aut certè ut ad maiorem diuturnitatem,* & ut pluribus innotescerent, sculperentur in lapide duro: silice namque, licet significet lapidem quemcumque, ex quo ignis elici potest, interdum tamen sumitur latius pro quo cumque saxo duro. Animaduertendum deinde est, idiomam Hebreum pati eo loco sensum illum disfunditum.

Titelmanni apino. Contendit autem Titelmannus in editione vulgata legendum non esse, aut certe sculpanur in silice, ut multi codices habent, idque persuadere conatur primò. Quia in lingua Latina non reperiatur tale nomen significans instrumentum, quo litera in lapide, aut metallo insculpanur, sed inuenientum quorundam fuisse affirmat: ex aliquibus dictiorianis barbaris. Secundò, quia neque in Hebreo, neque in Graeca Septuaginta interpretum translatione, de eo instrumento vñla sit mentio, neque expositores in eum locum illius meminere. Præterea, quia vetustissimi aliqui codices editionis vulgatae eo loco non habent, certe, sed certe. His rationibus permo-

ti, qui in eundem quā emendatissimè Bibliis, tam Complutenisibus, quā regis Antwerpensisibus suam operam nauarunt, expungentes, cœlē, apposuerunt, aut certe seculpanur in silice.

Qui cum his omnibus autoribus sibi persuaderet, mendum transcribentium & calchographorum esse, legere in editione vulgata, cœlē, dicere posset: *cum cœlē, & certe in uno charactere differant;* cūque tantopere quadrat cœlē cum exaratione characterum in silice, sicut qui textus Hebreum & Græcum non consulerent, arbitratenturque vocabulo, cœltis, significari instrumentum illud, facile arbitrari potuisse, legendum potius esse certe, quam certe, eaque ratione obrepississe mendum illud.

Mihi tamen longè verisimilis videtur, vulgatum interpretem transtulisse, cœlē, & non, certe, cūque esse legitimam lectionem editionis vulgatae. Moreor primò, quia ex quodam epitaphio antiquissimo, quod Aldus Manutius refert in libro de Orthographia ratione litera C. voce, *cœlata, cōstā,* vocabulum illud esse Latinum in ea significatione: deducitumque videtur à verbo, *celo,* quod sculpe significat: scribendūmque est cum diphthongo, vt illud scribit Calepinus: quin dicere, ex Latino sermone originem traxisse, quod instrumentum illud Hispano sermone, *Sizel,* dicitur, ut in plerisque aliis sermonis H. spani factum videmus. Moreor secundò, quoniam interpres Latinus iure suo potuit transferre eo pacto textum Hebreum. Cùm enim in litera Hebreæ stylus ferreus referatur etiam ad sculpendum in petra, huiusmodi stylus, quo in petra, aut in metallo litera exarantur, proprio nomine Latino, cœlē, cœltis, appelletur, potuit vulgatus interpres supplens, ac repentes stylum suo proprio nomine Latino, transferre, *aut cœlē sculpanur in silice.* Moreor tertio, quoniam nec fidelis, nec apta est translatio loco *לְהַבֵּן laghad,* id est, in perpetuum transferre certe: interpres autem vulgatus cernens diuturnitatem explicari satis in eo, quod sermones sculperentur in silice, consultò præmittere potuit versionem, *לְהַבֵּן laghad,* adderéque *in perpetuum.* Moreor quartò, quia codices omnes, quibus vñtrant Ecclesia in officio defunctorum, habent, *cœlē,* & ita in Ecclesiis omnibus legitur, neque scimus Ecclesiæ aliter aliquando legisse: imo & codices bibliorum, ut plurimum habent cœlē, cœdmque modo legit Hieronymus tom. 2, in epistola ad Pamachium aduersus errores Ioannis Hierosolymitan: longèque verisimilis est, viros peritos linguarum, non inuenientes in Hebreo, & Græco nomen instrumenti, neque apud autores Latinos repentes nomen cœltis, arbitratos fuisse, barbaros corrupisse literam, potuisseque legendum esse, certe, eaque ratione mutasse primuam, legittimamque lectionem editionis vulgatae quam aliquos repentes in aliquibus dictionariis nomen, *cœltis,* vidētisque quadrare, cœlē, cum exaratione characterum in silice, inconfutatis codicibus Hebraicis & Græcis, aulos fuisse mutare, certe, in cœlē. Hæc de sensibus totius periodi hactenus explicatae, si verba illa, *stylo ferreo & plumbio,* referantur ad præcedentia, ut editio vulgata ea retruit.

Si vero referantur ad sequentia, & dicatur, in *stylo ferreo, & plumbio* in *perpetuum,* in *petra sculperentur,* duplex potest esse sensus. Vnus, quod *stylo ferreo, & plumbio* etiam tamquam *stylo,* in *perpetuum* in *petra* sculperentur. Atque hic sensus parum probabilitatis haberet: quippe cum *stylos plumbos*

Legitamne
fit in editio-
ne vulgata
cœlē, an po-
situs certe.

Titelmanni
apino.

plumbeus ineptus omnino sit ad sculpendum & exarandum in lapide. Alter est, quod stylō ferreo, & plumbō tamquam atramento missō in characteres exaratos, ut melius legerentur, sculperentur in perpetuum in pectra. Atque hic sensus est satis probabilis, patiturque illum optimè contextus Hebreus, & interpretatio Chaldaicæ Paraphrasis. Ego sicut memini, me quondam vidisse in lapide antiquo characteres exaratos, loco atramenti cavitibus characterum plumbō repletis. Quare vel hunc sensum, vel quem expressit editio vulgata, intendit beatus Iob. Interpres verò vulgatis, cùm vtrumque exprimere nequievit, elegit illum alium, quem iudicauit verisimiliorem, illiisque potius est adhærendum.

Sequuntur verba Iob, quæ tantopere & tam firmiter scribi optabat. יְהִי נָתָן לְעֵינֵיךְ וְאֶת־נַפְשָׁךְ Vaani iadaghi goali hai. Ego noui redemptorem meum vivum, id est, vivere. In his verbis non alia est diversitas inter versionem hanc de verbo ad verbum, editionem vulgatam, ac versionem Paraphrasis, nisi quod in editione vulgata disponuntur hæc verba accommodata ad idiomam Latinum.

Subiungit: וְאֶת־נַפְשָׁךְ וְאֶת־רֹוחֲךָ Veabarom ghal ghabhar iachum. Et in nouissimo (die) scilicet, aut tempore super pulu'rem statu'rum. In Hebreo verbum, statu'rum, ambiguū est, ac indifferens, vt sit sensus, ipsum Redemptorem statu'rum de pulu're, quasi resurgat ipse, vel vt sit sensus, Redemptorem statu'rum super pulu'rem, vim suam adhibendo vt resurgere faciat. Hoc secundum, vt quadrans, consen'tique magis cum sequentibus, expressit editio vulgata, illis verbis: De terra surrecturus sum. Consonat etiam Paraphrasis Chaldaicus vertens, & posthac redemptio eius consurgat super me.

Sequitur, אֶת־נַפְשָׁךְ וְאֶת־רֹוחֲךָ Veabar ghor ni'ebhu zorb. & postquam pelle meam contriverunt hanc. In Hebreo verbum est ambigua significatio'nis, quod verti potest, Et postquam circundederint haec pelle mea, ea videlicet, que ipsa continentur, nempe, artus meos, ac me ipsum. Quod vulgatus clarius, accommodatique ad idiomam Latinum verit, & rursus circundabor pelle mea. Atque hic sensus cohæret planè cum præcedentibus, & sequentibus. Alter potest verti, Et postquam contriverint pelle hanc, vermes scilicet (vt verterunt Sanctes Pagninus, & Arias Montanus) erit (supple) quod dictum est, nempe resurrectio mea de pulu're. Hic sensus non ita cohæret cum præcedentibus & sequentibus, vt cohæret sensus, quem expressit editio vulgata: nihilominus idem est cum illo, nihilque impedit, quominus, iunctis præcedentibus & sequentibus, ex hoc contextu claret colligatur resurrectio mortuorum, & adueniu'nt Messiae, qui simul esset verus Deus & homo.

Sequitur, וְאֶת־וּבְשָׁרְךָ וְאֶת־רֹוחֲךָ Vnibbeschara, cheze elohah: secher ani eheze li vegene raw uel zor. Et de carne mea videbo Deum, quem ego visurus sum mihi, & oculi mei viderunt, pro videbunt (iuxta phrasim Hebream, qua præteritum ponitur pro futuro) & non aliis. Editio vulgata & Paraphrasis Chaldaicus nihil in sententiâ differunt ab his verbis. Neque planè aliquid minus expectari poterat, vt subiungeret beatus Iob, quod dignum esset tam ardenti desiderio, vt tam sumiter ad memoriam temporis sempiternâ ipsius sermones scriberentur, neque potest excogitati aliis sensus, qui cohæreat, & dignus sit, nisi, qui exppositus est. Nonnulli codices Latiní etiam habent, Et in carne mea videbo Deum, saluato.

Molina in D. Thom.

A rem meum. Quem visurus sum ego ipse & oculi mei. Ex verbis Iob hactenus explicatis, præter veritatem futurâ resurrectionis in fine mundi, colligitur aperte aduentus Messiae, qui simul esset Deus & homo, id quod modò intendimus probare. Cùm enim beatus Iob dicat, se scire redemptorē suum vivere, & quod natu'ram humanam, seu quā homo, tunc non videret, vtique agnouit in eo natu'ram & suppositum diuinum, secundum quod idem redemptor, per communicationem idiomatum, iam tunc vivebat, iuxta illud Christi Ioannis capite 8. Antequam Abraham fieret, ego sum. Cùm item dicat fore, vt, ubi reuixerit in nonissimo die in carne sua, videat Deus quem ipsem, & non aliis pro ipso est visurus, vtique adiicit fore, vt oculi carnei, quos post resurrectionem accepturus est, intueantur eumdem: implicet autem contradictionem, Deum atque redemptorem, quatenus Deus est, oculis carnis videri, vt questione vnde decima ostensum est, vtique agnoscit beatus Iob, ac confitetur in Messia natu'ram humanam uniu'ram diuinam in eodem supposito, secundum quam si ipse, qui est Deus, simul sit homo, & ratione cuius is, qui oculis corporeis conspicit eum, quatenus est homo, verè per communicationem idiomatum dicitur conspicere Deum, quippe cùm conspiciat illum ipsum, qui est Deus. Consentit locus hic beati Iob cum illo Apocalypsi de aduento Christi in die iudicij ad iudicandos viuos & mortuos: Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus.

Secundus locus, vnde probatur Christum verum esse Deum, est Davidis Psalmō secundo: quem locum ad hoc idem probadā citat Paulus ad Hebrei. Psalmus ille, vt eius decursus manifestat, absque illo dubio intelligitur de Messia: neque enim, quæ in eo dicuntur, vel Davidi, vel alicui alteri regi accommodari possunt, vt Psalmum illum intuenti, ac expendēti erit manifestum, id est quæ semper à Rabbinis, tam antiquis, quām recentioribus, de Messia fuit intellectus, vno recentiori Rabbi Salomone Gallo excepto, qui licet confitetur ab antiquis Rabbiniis ita fuisse intellectum, impudenter tamen ait, propter hereticos (id est, nos Christianos) voleat scilicet, lumen interpretari de Davide. In eo Psalmo introducitur Christus de seipso dicens, Dominus dicit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Contextusque Hebreus de verbo ad verbum consonat cum editione vulgata, quæ in Psalmis est Septuaginta interpretum. Loco vero illius verbi, Dominus, in textu Hebreo habetur nomen, יְהִי יְהוָה, quod numquam nisi vero Deo per essentiam tribuitur. Cū ergo filius Dei Deus sit, conubstantialis Patri, quippe cùm ex lumine naturali, & ex Scripturis sanctis sum manifestum, vnum tantum esse Deum, sit, vt ex illo loco non solum habeatur, Christum esse Personarum Deum, sed etiam in Deo esse pluralitatem personarum in unitate essentie, vnamque personam esse Filium, aliam Patrem, vt fides Christiana proficiatur. Porro quando Pater aternus Messias dicit, Ego, hodie genui te: vel intelligit diem, durationem ēternitatis semper presentem, que propria mensura est illius generationis, vel id dicit ad descendū generationem illam perpetuam emanare integrā a Patre ēterno, non secus ac splendor solis perpetuā emanat à sole.

Potest idem locus intelligi de Christo, vt homo est, ad eum sensum, quod quoties Deus efficit, vt, quatenus homo, esset in terrena natura, simul effectus, vt haberet coniunctum esse Filium Dei, ratione unionis hypostaticæ, quæ facta est per in-

Ex verba
Iob deduci-
tur argumen-
tum ad Mes-
sis dimini-
tem compre-
hendam.

z. loci ad
Chriftidini-
ciscum cor-
probandum
ex Psal. 2.

Personarum
pluralitas in
Deo adier-
sus Iudeos
colligitur.

H h 2 carnatio

carnationem. Vnde sicut ad Romanos cap. 1. ait A. Paulus, Christum factum esse Patrem aeternum ex semine David secundum carnem, qui predestinatus est, ut simul esset Filius Dei: ita quoties effectum est, ut homo ille esset, quatenus homo, in rerum natura, effectum est, ut simul esset filius Dei. Luxta hanc expositionem loquitur Pater aeternus in hoc Psalmo secundo cum Messia homine existente per unionem animæ & corporis, & totius humanitatis cum Verbo diuino, affirmansque eum hominem esse filium suum naturalem, sive in Virginis maris vtero, sive cum reuixit, cumque homo factus est, se simul fecisse, ut esset filius sibi naturalis. Atque in hoc sensu citat Paulus Actorum c. 13. testimonium hoc ad probandum resurrectionem Messiae Filii Dei. Quasi meritum passionis dictum sit illi resurgentem, Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre: in exaltationem videlicet nominis tui. Memento autem eundem Scripturæ locum habere posse multos sensus literales, ut questione prima dictum est, atque hunc sensum presupponere unionem hypostaticam humanitatis Messiae cum vero Filio Dei naturali.

^{3. locus ex Psal. 109.} Annexamus huic testimonio quædam alia illa affinia ex Psalmo 109. Proverbiorum, Esaiæ & ex Ecclesiastico. Evidem nemini potest esse dubium, in Psalmo 109. de Messia esse sermonem: id enim, praeter reliqua, quæ in eo continentur, testantur verba illa, Iurauit Dominus, & non paenitebit eum, tu es Saecordos in eternum secundum ordinem Melchisdech, quæ in solum Messiam quadrare possunt.

Tertius ergo locus, tametsi præcedenti non affinis, dicitur ex verbis, quæ continentur in principio illius Psalmi, quibus Christus Matthæi c. 22. vsus est ad probandum Iudeis, Messiam non solum debuisse fore Filium David secundum carnem, sed simul etiam Filium Dei, verumque Deum. Ait namque David, Dixit Dominus Dominum meum; sed à dextris meis, &c. Sanè cùm David appellet Messiam Dominū suum, altiorem quamdam naturam in eo agnoscat, quām humana nam ab ipso propagandam, ratione cuius Dominum suum eum appellat. Maximè cùm parentum non sit, posteros dominos suos appellare, sed è contrario, posteriorum sit appellare dominos suos progenitores. Hoc testimonio vsus est Christus ad erigendas Iudeorum mentes, ut non acquisicerent, portantes Messiam fore prolem Davidis, regemque temporalem, qui eos rerum temporalium caducis copiis distaret, sed in eo ratius aliquid suspicerent, ac expectarent: si quissem David, potentissimus ac sapientissimus rex, in spiritu appellans Messiam Dominum suum, altiorem naturam, quām humana, in eo agnoscit, ex cuius coniunctione cum humanitate Messias, quatenus homo, erat futurus meriti infiniti, dominus vniuersorum, caput militantis, & triumphantis Ecclesiæ, in quo omnes gentes benedicerentur, & à quo, tamquam ab virtutis omni Redemptore, merita & gloria in Davidem, & ceteros omnes homines erant redundatura. Quod fit, ut Regius Prophetæ, non temporalem regem cum agnoverit, cuius nimis prosperitas & affluentia temporalium bonorum nihil ad Davidem tot saeculis ante defunctum attinebat (præteritum cùm cuique viro sapienti & probo contemnenda sit potius opere in affluentia, tamquam vanitas & afflictio spiritus, quām amplectenda, & exoptanda) sed liberatorem mundi, Patrem futuri saeculi, & Regem gloriae, tamquam simul verum Deum, ac hominem cum agnoverit, eaque ratione dominum suum ipsum appellauerit.

Quartus locus, secundo affinis, sunt verba illa 4. locus ex Patris aeterni ad Messiam in illo eodem Psal. Te- cum principium in die virutis tuae in splendoribus fan- etorum ex vtero ante luciferum genui te, id est, de intel- lectu meo, seu memoria secunda, atque intra me tamquam verbum & sapientiam genui te, ante lu- ciferum, id est, ante solem: non vt creatura, à me producuntur ad extra, sed sicut mater ad intra concipiit, ac generat filium. Textus Hebreus de verbo ad verbum habet לֹדוּדָר מִזְבֵּחַ מִשְׁמָרָה 4. loc. ex vtero mischbar lecha tal iaduthbeha. Ex vtero aurora ros nativitatis tuae, id est, ex vtero, atque adeò ad intra modo explicato, ante ortum solis, nativitas tua ex me ad modum roris. Ut enim ros auctor confubstantialis generatur materie, ex qua producitur: ita tu confubstantialis mihi ex me ipso procedis. Priori tamen modo multis annis ante Christi adventum transfluerunt Septuaginta interpres natione & religione Iudei, eaque translatione in psalmis videntur Pates tam Graeci, quam Latini, imò & Apostoli ipsi.

Quintus est locus ille Proverbiorum 30. Quod 5. loc. ex nomen est ei, & quod nomen Filii eius, si nosti? Quo Proverb. 30. in loco contextus Hebreus & Paraphrastes Chaldaicus per omnia consonant cum editione vulgata. Quod fit, ut in Deo sit Filius generatione aeterna productus, Patri confubstantialis.

Ut huic loco sextum annexamus. Ratione huius generationis aeternæ, qua Messias, quatenus Deus, procedit à Patre, tamquam verus & naturalis filius, postquam Esaias 53. capite de Messia, ut Evangelista potius, quām vt Prophetæ, narravit ignominias & acerbissimam passionem, cui erat subiiciendus, & causam, videlicet, ut genus humanum redimeret, Parique illud reconciliare, subiunxit: Generationem eius quis enarrabit? aeternam videlicet, qua ut Deus à Patre procedit. Quod planè confirmat, Messiam simul verum Deum fore, imò Filium Dei Patrit confubstantiale. Licet autem idem locus de generatione etiama temporali Christi possit intelligi, genera- ratio tamen illa non est inenarrabilis, quatenus Christus ex Abrahamo, David, & ceterisque hominibus suis progenitoribus erat nasciturus, sed quatenus ope Spiritus sancti in vtero Virginis, afflumante Verbo diuino humanitatem, quæ ex vniione corporis cum anima resultare debebat, erat genera- ratus. Quare generatio Messiae, quatenus homo est, eatenus inenarrabilis dicitur, quatenus incarnationem includit. Quod fit, ut quocumque modo locum Esaiæ exponas, ex eo colligatur Messiam futurum verum Deum & hominem.

Sextus locus continetur verbis illis Ecclesiasti viultimo capite: Invoacai Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis mea. Quo loco Iesus Filius Sirach appellat Deum Patrem Messiae, & Messiam appellat Dominum suum. Licet autem liber Ecclesiastici non recipiatur à Iudeis inter canonicos, ut 2.2. diximus: nihilominus neque negant, neque negare possunt, scriptum fuisse Hebraicè à Iesu patre Sirach, & translatum esse in Graecum sermonem à Iesu filio Sirach, & nepote illius prioris, multis annis ante Christi adventum. Propterç, non anumerant Iudei librum illum inter apocryphos, qui exiguae sunt au- toritatis, sed inter hagiographos, id est, sanctos, qui infra canonicos magnam habent autoritatem. Quare licet liber ille non sit irrefragabilis autoritatis apud eos, persuader tamen quod intendimus: cùm locuples autor synagoge tot annis ante Christi adven- tum eo modo fuerit locutus.

Ostatu

<sup>s. Ieçus ex
Psal. 44.</sup> Octauus locus Messiae diuinitatem ostendens, est testimonium ex Psal. 44. quo Paulus ad Hebreos 1, etiam virtut ad eamdem Messiae diuinitatem demonstrandam. Porro Psalmum illum de Messia esse intelligendum, notissimum est. Propheta in principio profiteretur, se non secus à Spiritu sancto mortuus, ac calamus mōeri solet à Scriba, Regi, de quo vaticinatur, dicere, que in eo Psalmo continentur. Qui planè rex non est alius, quām ille, qui per antonomasiā Rex dicitur, Messias nōmē neque, quām in eo Psalmo continentur, in Salomonem, aut alium regem praeferre Messiam quadrat, ut quod sit Deus, & thronus illius sit aeternus: & quod filii eius constituēti sint principes super omnem terram: neque Salomon accinctus gladio, sagittis, spiritualiter aut materialiter debellavit, subieciūque sibi populos rebelleres, de quibus in eo Psalmo est sermo. Præterea Rabbini antiqui de Messia illum interpretantur. In eo itaque Psalmo Vates Regem Messiam, cum quo loquitur, inter alia sic affatur, Sedes seu thronus tuus Dens in seculum seculi, virga directionis regna regni tui. Quibus verbis aperte appellat Messiam Deum. Quamvis autem in Hebreo non sit יְהוָה Ichouah, sed אֱלֹהִים Elohim, pro Deo tamen per essentiam sumitur, qui nomine אֱלֹהִים Elohim frequentissime significatur. Ut Gen. 1, In principio אֱלֹהִים Elohim creauit colum & terram. Præterea Paraphrastes Chaldaeus vertit, Sedes tua Deus in celis in secula seculorum. Quod si nobis obiciant Iudei, eo in Psalmo mentionem fieri de regina sponsa Christi, & Messiae, quemadmodum ipsi vñanimi consensu affirmant sponsam, de qua sermo est in canticis, & synagogā: nomine vero filiorum, de quibus in eo Psalmo dicitur, pro paribus, id est, Patriarchis antiquis, nati sunt ibi filii, constitutes eos principes super omnem terram, dicimus intelligi Apostolos, & viros Apostolicos, qui principes sunt à Christo in Ecclesia constituti.

<sup>s. Ieçus ex
Psal. 44.</sup> Nonus locus est illud Esaia 9, Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius Admībilis, Consiliarius, Dens, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis, &c. Quod planè de alio rege intelligi nequit, quam de Messia, quicquid recentiores quidam Rabbini dicunt, vt tum ex verbis ipsiis relatis est manifestum, quæ nulli alteri accomodari possunt, tum etiam ex iis, quæ proximè sequuntur in Esaia. Super soliū (addit Esaia) David, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia amodo, & usque in sempiternum. Quæ verba idem prorsus sonant, atque illa quæ Angelus ad Mariam dixit: Dabit illi Dominus Deus sedem David paucis eius, & regnabit in domo Jacob in eternum, & regni eius non erit finis. Quemadmodum enim David constitutus est rex super populum Dei electum, ita Christus rex est constitutus super Ecclesiam Dei electam: nam successione, ac continuatione una & nevrata. eadem est, non solum synagoga & Ecclesia Christiana, verum etiam Ecclesia militans in hoc mundo, & triumphans postea in celo. Præterea regnum Davidis & Salomonis typus fuit regni Christi, fuitque Davidi promissus Messias, qui regnaret in regno sibi ipsius promisso, quod regnum etenim dicitur regnum Davidis, quatenus Davidi, & sibi ipsius fuit promissum, & quatenus ipse, quoad suum regnum, typum illius gerebat: tametsi te,

Molina in D. Thom.

Agnandi modus fuit diversus. Quare locum illum prisci Rabbini vñanimi consensu de Messia interpretantur, & Paraphrastes Chaldaeus de Messia aperte illum intelligit. In eo vero testimonio Messias clare dicitur futurus Deus & homo: sicut etiam capite 7. de hoc codem parvulo premiserat idem Propheta. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, id est, nobiscum Deus, quia scilicet futurus erat simul verus Deus & homo. Sanè quæ in hoc testis onio continentur, tam aperte cum nostro Messia, & cū iis, quæ fides Christiana profiteretur, conseruant, ut Esaias non minùs in hoc testimonio, quām in plerisque aliis, Evangelista potius, quām Propheta videatur. Natus enim est noster Messias parvulus, in Bethlehem, de Maria Virgine, verus homo, idemque est filius Patris aeterni, iuxta testimonia ex Psalmo 2. & aliis locis supra citata, nobis à Patre aeterno per incarnationis mysterium in redemptorem datum, factusque est princeps eius super humerum eius, quatenus acerbissima morte, maximisque laboribus nos redemit, per mortemque ac resurrectionem de regno eiecit tyrannum, illudque sibi cum plenaria potentia acquisiuit, iuxta illud, quod Matth. ultimo post mortem rediuius dixit: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Merito autem Admirabilis dicitur, tum propter admirandam conceptionem, temporalemque ipsius generationem in utero Virginis, quæ incarnationem includit: tum propter non minùs stupendam euidentem nativitatem ex utero Virginis, sine ullo intemperante puritate detimento: tum denique innumerā miracula, quibus testificatus est fidem, & doctrinam, quam per se, suoque docuit, esse verissimam. Consiliarius dicitur, propter arcana, quæ nouit, non solū scientia diuina, per quam omnino eadem erant consilia Christi, Patris, atque Spiritus sancti, sed etiam scientia beata, per quam ab instanti conceptionis consilia Dei omnia, tam quoad statum & decursum huius mundi, quām futuri, in ipsomet Deo plenissimè penetrauit ut omittant interim scientias insulam & acquisitam, quibus fuit cumulatus. Dicitur etiam consiliarius, propter consilia quæ dedit mundo, saluberrimā quo doctrinam, quam docuit. Deus dicitur quia simul erat verus Deus Patri consubstantialis. Fortis, propter mortem & labores immensos, quos animo constanti subiit, difficultateque maximas, quas superauit. Nec non propter iudicariam potestatem, quæ potentes & malos severè punier, tamquam qui virga ferrea & fortis eos regat, & tamquam vas signi confingat, bonos condigno præmio donabit. Pater dicitur suum facili, quoniam morte sua adhuc nobis regni coelestis referavit, meritisque suis resurrectionem & præmium coeleste nobis promeruit. Princeps vocatur pax, quia eadem morte pacem inter nos & Deum constituit, nōsque Deo reconciliavit. Aut, si maius, dicitur Princeps pacis, id est, omni ex parte felis & fortulatus: pax namque apud Hebreos non solū id, quod Latini pacem vocant, significat, sed etiam omnem felicitatem. Quia vero caritas Patris aeterni nimium effulgit, filium suum nobis dando, subiunxit protinus Esaias: Zelus Domini exercitum facit hoc, id est, amor ipsius in nos immensus.

In testimonio hactenus explicato, & textu Hebreo non ponitur nomen יְהוָה Ichouah, sed אֵל El, quod Deum significat, & pro Deo per essentiam ferè semper accipitur in Scriptura sacra: eoque in loco Septuaginta interpretes Deum translulerunt. Cūn vero nomen אֵל El, à fortitudine Deo tribua-

H h 3 tur,

tur, inepta esset illa gemitatio, **¶** El, fortis, nisi nomine, **¶** El, Deus intelligatur. Etenim si nomine, **¶** El, propter participationem & similitudinem cum Deo in fortitudine Messiae tribueret, & non quia Deus esset per essentiam, idem esset appellare Messiam **¶** El, fortis, quod fortis, fortis. Adde quoddumquam, **¶** El, fortis, inuenitur in Scriptura alterius tributum, quam Deo per essentiam, quasi **¶** El, Deum significet, & adiungatur fortis, tanquam epitheton, attributumque Dei. Nec deest qui affirmet, numquam, **¶** El, in singulari inuenitur in Scriptura sacra tributum Deo per participationem, sed solùm Deo per essentiam: an vero hoc verum sit, iudicent qui peritiores sunt lingua Hebraica, & in codicibus Hebraicis magis veleti.

Non prætermittam hoc loco verba, cuiusdam Rabbini, cui nomen est, Rabbenu Haccados, id est, magister noster sanctus, qui ante aduentum Christi, temporibus Regum Antiochorum, qui in Syria regnabant, floruit, in libro, cui nomen, Gale Razeya, id est, reuelator arcanorum. Is ergo (licet fuerit quidam alius eiusdem nominis sub Seuero & Antonino Imperatoribus) ita scriptus. *Quia Messias Deus & homo futurus est, vocatum est nomen eius Emmanuel, hoc est, nobiscum Deus: nempe in corpore & carne nostra, quemadmodum testatur Iob capite 19. Ex carne mea videbo Deum: exigitur enim mirabile consilium animas a domine eripendi, quo propter Adae peccatum damnata erant, neque possunt vlo modo esse salvae, nisi Rex Messias mortem acerbissimam, multaque subiecta tormenta: ob eam causam dictus est vir: & quia ipsis est omnis fortitudo, Deus fortis vocatur: & quia est eternus, pater sempiternus dicitur: item quia in diebus eius pax multiplicabitur, Princeps pacis appellatur: & quia ipse festinabit ut anferat animarum spolia vocatur expeditus spoliator, festinus praedator: quia autem eos saluos facit, & ad paradisum adducere, vocatur Iesus, hoc est, Saluator.*

Hæc Rabbinus ille, qua diuinitas illustratus videtur ante aduentum Christi cognovisse in Esaia, dum ita exposuit prophetias, que de Christo Esaïæ 7.8. & 9 loquuntur.

Décimus locus est Esaïæ 12. Cūm Propheta c. 11. aperulissime Messiae aduentum verbis, que sequuntur, prænunciasset. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet & requiescat super eum Spiritus Domini, &c. Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium (id est, illum conuertet sermonibus & doctrina sua) & ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrū eius gloriosum (vt nostri Messia sepulchrum semper summum in honore & veneratione fuit:) cūmque multa alia sub metaphorā aduentu Messiae prædictisset, quæ Iudei non negant de eius aduentu dicta esse, ridiculè tamen non in literali sensu metaphorico, sed sine metaphora ea intelligentes, vt sonat cortex literæ, videlicet, quod leo, quasib[us] comedet palea, quod habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo, & leo cum vitulo & ove: & puer parvulus minabit eos, &c. idcirco obiciunt prophetiam nondum impleram esse in nostro Messia, sed in eo, quem expectant, fore implendam: cūm tamen illis verbis Esaia humilitatem futuram in Ecclesia per gratiam Christi, consenseruntque potentum cum pauperibus, ac obedientiam eorum omnium sub prælato parvulo, licet etiam ignobilis loco nato, prædixerit. Quæ omnia eruerunt maximè, tum in primitiis Ecclesia, tum etiam in tanta præclarissimaru[m] religionum copia, quanta in toto Ecclesiæ Christianæ decursu floruit. Cūm ergo Esaia capite 11. de aduentu Messiae, & redem-

ptione generis humani esset vaticinatus, imò eo capite prophetiam de Messia, quam cap. 7. incepérat, absoluisset, cap. 12. canticum metro compofuit, quo fideles in agnitionem tanti beneficij, atque in laudem Dei, & tanti liberatoris excitat: *Ecce, inquit inter alia, Deus saluator meus: (vertere interpres poterat, Iesus meus) fiducialiter agam, & non timebo: quia fortitudo mea, & laus mea (id est, materia meæ laudis) Dominus Deus (Hebraicè non habetur Dominus, sed יְהוָה Yehovah, id est, Deus Dei seu de Deo: יְהוָה enim Deus significat, tamquam nomen contractum à יְהוָה Yehovah, vt probabilior est sententia, aut est nomen Deum significans, quatenus habet vim omnium procreatricem) & factus est mihi in salutem (verbi poterat, in Iesum aut in Salvatorem) Haurient aquas in gaudio de fontibus Salvatoris (gratia felicitatis, caritatis, & deuotionis, quibus exultabitis laetitia inenarrabilis: haurient verbo illas de meritis Salvatoris, atque de fontibus sanguinis, qui ab eo emanabunt, & de sacramentis virtute meritorum & sanguinis ab eo fusi instituendis) & dicetis in die illa: *Confitemini Domino (Hebraicè est יְהוָה Yehovah) & invocate nomen eius: nos facite in populis adiunctiones eius (quibus, caro factus, ita nos magnificè saluos fecit) Memento quoniam excelsum est nomen eius (qui ita caro factus ad nos descendit, & hac operatus est) Cantate Domino, quoniam magnificè fecit, annuntiate hoc in vniuersa terra. Exulta & lauda habitatio Sion (id est, Ecclesia fidelium) quia magnus in medio iuius sanctus Israel. Hæc tenus canticum Prophetæ in laudem aduentus Messiae, & redēptionis per eum futuræ. Quæ quantopere cum nostro Messia, & cum iis, quæ de eo Ecclesia Christiana profiteretur, consentiant, quis est, qui non videat: Porro canticum illud aperte sonat, Messiam, & redēptoriem, futurum Deum per essentiam: Deum enim per essentiam appellat Salvatorem, dicitque factum esse in salutem, & de fontibus illius haurientes aquas gratia & salutis. Adiunctiones, quibus Deus ipse per essentiam factus est redēmptor generis humani, mundumque salutem fecit, dicit prædicandas per vniuersam terram. De eccl[esi]em redēptore ait, *Memento quoniam excelsum est nomen eius. Er exulta, & lauda habitatio Sion, id est, Ecclesia quia magnus in medio iuius sanctus Israel. Certè longè aliter in medio Christianæ Ecclesiæ, quam quondam in Synagoga habitans, vixit ante ascensionem factus homo cum hominibus familiariter agens, doctrina, miraculis, vita, & sanguine proprio, fundamenta illius iaciens, eamque erigens, iuxta illud Psalmi 87. Numquid Sion (id est, Ecclesia) dicit homo? Homo natus est in ea, & ipse (qui scilicet in ea est natus) fundavit eam Altissimus. Dominus narrabit in Scripturis populorum, &c. Post ascensionem verò in admirando ac venerando Eucharistie Sacramento seipsum in ea relinquens.***

Vndeclimus locus habetur Esaïæ 25. Cūm enim ^{11. Item} Propheta, quasi caput suū Dei præordinationi sub*Ecclesiæ*, voluntatemque propriam diuine accommodans, eam Hierosolymæ euerisionem, que per Titum, & Vespasianū facta est, neque fore amplius à Iudeis reædificandam, prædictisset (quod interpres Chaldaicus, eius verbis mentionem faciens, dilucidus adhuc expresit) subiunxitque vocacionem gentium, institutionemque Ecclesiæ Christianæ tempore aduentus Christi futuram ex variis populis loco Syagogue, adiecit: *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc nempe ubi cum discipulis conauit, & ad quem Spiritus sanctus descendit, & simul, ac precipue in Galilee monte,* in

in quo passus est, redemptionemque generis humani complevit) coniuicium pinguium, coniuicium vindemias pinguium medulatorum, vindemias defecatae, hoc est, optimarum dapium, non carnarium, verum spirituallium, quas nomine medulatorum, & vindemias defecatae, hoc est, reliquiarum vini optimi in dolio, que pretiosissimæ esse solèt, significat. Addit: Et precipitat in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam, quam ordinis est super omnes nationes. Id est, peccata, quibus omnes populi irriteri tenentur, & effectus, qui inde emanabant, nempe paenæ, quas pro peccatis generi humano decreuerat. Nisi, relata nomine intelligere potius velis, ignorantiam velamen, quod super omnes expansum est, cœcōsque eos tenet, ut nonnulli expoununt, & precipitat mortem in sempiternum, & auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de uniuersa terra, quia Dominus locutus est. Quidam propter verba illa, Et auferet Dominus lachrymam ab omni facie, existimarent, prophetiam hanc intelligendam esse de statu Ecclesie triumphantib. At cum reliqua apertissime intelligentes de Ecclesia quoad huius vite statum, ratione tamen habita gloria, ad quam coniuicium huius vitæ, ut ad finem ordinatur: ibi enim perfectum erit coniuicium nuptiarum agni, tametsi hic in militante Ecclesia altilia occisa sit, & omnia parata: sit plane, ut quemadmodum Christus Iohannes capite quarto, ea ratione Samaritanæ dixit, Qui biberit ex aqua, gratia scilicet, quam ego dabo ei, non sit in eternum, quia confundata vilque ad egressum huius vita, restinguat situm in eternum ratione gloriæ, que illi responderet: ita hoc loco ea ratione dicitur Christus in monte hoc precipitatus mortem, & ablaturen lachrymam ab omni facie, que ipsius redemptio frui voluerit, quia per spiritualem vitam, quam Christi redemptio in Ecclesia militante acceperimus est, abstergenda illi sit omnis lachryma in Ecclesia triumphantib. Addit, Esaiam non affirmare, in monte illo abstergendam omnem lachrymam, sed abstergendam lachrymam ab omni facie, lachrymam, inquam, qua erat, quid capitii tenebatur sub Hugo peccati, adiutumque haberemus ad eternam vitam penitus interclusum quousq; morte & redemptio facta per Christum, nobis aperitur. Sequuntur in Esaia verba, quæ ad nostrum conductum institutum. Et dicit in illa die (Ecclesia scilicet, seu congregatio vocatorum ad hoc coniuicium) Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, & saluauit nos: iste Dominus (Hebraicè est יהוה Ichouah) sustinuit eum, exultabimus, & letabimur in salutari, seu salute eius. Ex his omnibus deducitur hoc argumentum aduersus Iudeos. Quæ dicta sunt de coniunctio, & de opprobrio, & peccatis auferendis, de lachrymis abstergendis, & de morte precipitanda in sempiternum in monte Hierusalem, vtique non ad aliud spectant, quam ad Messiam, & ad illius adventum, ut Iudei ipsi, vel inuiti, fateri coguntur si ergo tunc populus ab eo ad coniuicium vocatus datur est. Ecce יהוה Elohim noster iste, expectavimus eum, & saluauit nos. Iste יהוה Ichouah sustinuit eum, exultabimus, & letabimur in salutari, seu salute eius: vtique Messias simul futurus est Deus versus per essentiam, & homo, qui ratione humanitatis, dígito demonstrari posse, oculisque corporeis possit cerni, ut pionomen, iste, bis appositum, Deumque indicans, satis aperit innuit.

Duodecimus locus habetur Esaiae 35, quo in capite sub metaphore describit Propheta abundiam gratias, que in aduentu Messiae Gentilico po-

A pulo ad illud usque tempus deserto & infuctuoso, erat conferenda, puniente simul Messia peccata Iudaici populi, deferendo illum. Similiter docet Propheta, quanta cum letitia & exultatione Gentilicus populus agnitus, amplexurisq; esset fidem Messiae. Inter alia haec habentur eo capite: Dicte puerilimes, confortamini & nolite timere, ecce Deus vester ultio rem adducet retributionis, Deus ipse veniet, & saluat nos. Tunc aperientur oculi cœcorum, & auris surdorum patet. Tunc saliet sicut cervus clandestinus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, &c. Hebraicè habetur, אלהים Elohim ipse veniet & saluabit nos. Verbum autem ipse, denotat Deum ipsum per essentiam esse venturum, & non Deum per participationem, quasi solum per ministerum venturus esset. Neque Iudei negant, locum illum intelligendum esse de aduentu Messiae: qui ppe cum quæ in eo capite continentur, de nullo alio tempore intelligi valeant: intelligentes tamen caput illud, non per metaphoram, sed ut verborum cortex (quod tamen expendenti, que in eo dicuntur, ridiculum esse constabat) affirmant, nondum illa esse impleta, implenda autem fore tempore Messiae, quem expectant. Quare ex illo loco aduersus Iudeos convincentur, Messiam fore verum Deum. Miracula autem, que ibidem tempore aduentus Messiae futura narrantur, tamquam signa, quibus ductus dignoscas, certum hominem esse verum Messiam, verumque Deum, in persona propria ea de causa venientem, ut humanum genus a seruitute peccati, crudelique tyrannide liberet, plenissime sunt in aduento nostri Messiae completa, atque à principio nascientis Ecclesiæ in variis orbis partibus, tum per Dei seruos viuentes, vitaque functiones: tum etiam in variis Ecclesiæ Christianæ templis ad hodiernum usque diem sunt semper continuata: tametsi in primitiva Ecclesia abundantius fuerint exhibita, cō quid ad fidem stabilendam, Ecclesiamque propagandam id fuit necessarium.

Dicimus tertius est, illud Ierem. 23, & 33. Ecce dies 13, locus ex veniunt, dicit Dominus, & suscitabo David gerumen iusti, 14, locus ex regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confederatus: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus (Hebraicè est יהוה Ichouah) iustus noster. Qui locus aperit intelligitur de Messia: & Paraphrastes Chaldaicūs transfert, Suscitabo David Messiam iustum. Vbi David, casus est datius, id est, Davidis gerumen iustum. In quo autem testimonio Ieremias affirmat, Messiam vocandum Deum per essentiam. Fruolas responsiones Iudeorum, earumq; impugnationes legit apud doctores in eudem locū.

Decimus quartus est, illud Michæl 5, Tu Bethlehem Ephrata parvulus es in milibus Iuda: quasi dicat, nequaquam. Ut Matthæus cap. 2, expressit, in hunc modum Prophetæ verba ad sensum referens: Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principiis Iuda. Reddit continuo Prophetæ rationem dicens: Ex te mihi egredierūs, qui sit dominator in Israël & egressus eius ab initio, ad diebus eternitatis. Qui

F locus communis Iudeorum confundit de Messia intelligitur. Cum vero Prophetæ dicat, egressum Messiae esse ab initio, ad diebus eternitatis, vtique naturam diuinam in eo cognoscit, secundum quam eternus fit, & per generationem à Patre procedat, tamquam verus filius Dei naturalis, & tamquam illa sapientia genita, que Proverb. 8. de se dicit, ab eterno se fuisse ordinaram, & ante abyssos conceptam. &c. Similiter etiam proficitur humanam naturam, secundum quam in tempore nascatur in Bethlehem, & de Ber-

Iehem egrediatur de illa, inquit, quæ quodam dicta est Ephrata, ut adnotatio distingueret eam Prophætia ab alia, quæ erat in tribu Zabulō. Cuius nōtæ loco apposuit Matthæus, terra Iuda. Porrò ex hoc loco quis non videat, etiam si cauillandi daretur facultas confugiēdo ad varias æternitatis acceptio-nes, illud falso constare. Melsiam, prater naturam humanam, secundum quam exturus prædictitur ex Bethlehem, habere aliam, quæ tempore antecessebit Michæam, nō tempe secundum quam, quo tempore Michæas vaticinabatur, verum sicut dicere, tregressus eius ab initio à diebus æternitatis? hæc vero non potest singuli alia, quam diuina, secundum quam B egressus eius à Patre est ex æternitate.

15. locus ex. Decimusquintus est, illud, Zachariæ 2. Lauda, & letare filia Sion (id est, Ecclesia & congregatio fideliū) quia ecce ego venio & habitabo in medio tui: ait Dominus, (Hebreæ cest. 11. 11) Iehouah & applicabuntur gentes multæ ad Dominum (iterum est, 11. 12) Iehouah in die illa, & erunt mibi in populum, & habitabo in medio tui, & scies quia Dominus exercitus (iterum quoque est 11. 13) Iehouah) misit me ad te. Locus est planè illustris, qui etiam Hebreis ipsis consentientibus intelligitur de Melsia, neque tam felix, talis, ac rata promissio alium sensum paritur. Ecce ego venio: dicit 11. 14 Iehouah, hoc est, Deus per essentiam: & habitabo in medio tui, factus proculdubio homini quod loāens ait: Et Verbum caro fa-
ctum est, & habitavit in nobis, & in propria venit, & sui eum non receperunt. Et fœsi, iuquit, idem 11. 15 Iehouah ita veniens ad habitandum in medio Ecclesiæ, quia Dominus 11. 16 Iehouah misit me ad te, id est, Pater æternus me Filium suum naturalem, & consubstantialem sibi, misit ad habitandum in me-
dio tui: qui enim mittitur, a mittente procedit. Hoc ergo testimonio, & Melsia diuinitas, & quod supponit, persona quæ à Patre, à qua mittitur & proce-
dit, sit distincta, aperte conuinicetur, atque adeo ex eadem pluralitas diuinarum personarum cum uni-
tate essentia aduersus Iudeos manifestè colligitur.

16. ex. Zachariæ 12. Decimussextus est, illud, Zachariæ 12. Et effundam super dominum David, & super habitatores Hierusalem spiritum gratiæ & preciū, id est, orationis, qui cum gratia spiritu solet esse coniunctus: & sufficient ad me, quem confixerunt. Et plangent eum planitu, quasi super unigenitum, & dolebant super eum, ut doler solet in morte primogeniti. His verbis duplex natura in Christo aperte significatur. Vna diuina, dum dicitur: Ef-
fundam spiritum gratiæ: et Nonni conferre gratiam filius Dei est, iuxta illud Psalmi 83. Gratiam & glo-
riam dabit Dominus. Altera humana: simul etiam si-
gnificatur, & pælio eiusdem Christi in cruce, secun-
dum eandem humanam naturam, quod additur: Et sufficient in me (eundem qui gratiam super eos ef-
fundam) quem confixerunt. Hunc locum citat Ioan. c. 19. dicens: Et iterum alia scriptura dicit, Videbunt in quem transfixerunt. Porrò effusio illa gratiæ, & plan-
etus super eum, quem confixerunt, de quo memi-
nit hoc loco Propheta loquens ex sua propria per-
sona, cum prius locutus esset ex persona Dei, dum dixit, Effundam spiritum gratiæ, & sufficient in me, quem confixerunt: impleta sunt in die Pentecostes, & sequentibus, dum Petrus ea die loquens ad popu-
lum, testificansque illis, cum ipsum Iesum, quem ipsi affixerunt in Cruci, reuixisse, misisseque in discipu-
los Spiritum sanctum, ut cernebant, compunisti sunt corde, dolueruntque quod id fecissent, & tan-
tum scelos patrassent, appositique sunt ea die ani-
mæ circiter tria millia. vi habet Actorum 2. Fuit
etiam planitus ille impletus, cum Christo animam.

A efflante in Cruce, Iudei, visis miraculis, quæ in il-
lius morte acciderant, reverebantur percutientes pe-
ctora suæ, & dolentes, quod in eam mortem con-
fenserunt, à Pilatoque eam petiviscent. Alij volun-
tatem implendum in die Iudicij, quando in valle Iofa-
phat, quæ est prope Hierusalem, eum videbunt glo-
riosum venientem in nubibus cœli, iuxta illud
Apocalyp. 1. Ecce venio cum nubibus cœli, & videbit
eum omnis oculus, & qui eum pupugrunt. Et plangent
se super eum omnes tribus terra. Quod autem Iudei
aliqui cauillantur, in eo Zachariæ testimonio le-
gendum esse, sufficient in eum, & non sufficient in me,
eundem qui effundam gratiam, id planè est men-
daciū: quoniam non solum codices nostri, sed
etiam omnes ipsorum antiqui & emendatissimi
habent in me, ut illis Paulus Burgensis, natione Iudeus
in scrutinio scripturarum part. 1. distinct. 10.
capite penultimo obicit.

Adduci etiam poterat in confirmationem eiusdem veritatis testimonium ex Baruch 3. cap. Quo in loco, loquens manifestè Baruch de Deo per es-
tentiam, ait: Hic est Deus noster, & non estimabitur aliis aduersus eum. Hic adiuuenit omnem viam disciplina, & tradidit illam Iacob puer suo, & Israel dilecto suo. Post hec in terris visus est, & cum hominibus con-
versatus est. Attamen testimonia ex eo libro pa-
rum virgent Iudeos, & quia liberum illum inter ca-
nonicos non recipiunt, & quia non reperiunt in Hebreo, sed in Greco solum & Latino sermone. In Ecclesia nihilominus Christiana canonicus est ille liber, vt 2. 2. q. 1. art. 1. dictum est: constatque ex propheta Ieremias, Baruch ipsius fuisse ministrum & notarium. Vnde factum est, ut à multis Patri-
bus & Conciliis testimonia ex eo libro sub nomine Ieremias referantur, ut citato loco ostendimus.

Confirmari poterat eadem veritas testimonii
aliis, tum veteris testamenti, tum etiam Rabbinorum, qui Christi aduentum præcesserunt: sed cui ea que adducta sunt, non fuerint satis, nescio quid possit esse satis. Illud tamen admonendum duxi, nos hoc loco non disputare, an Melsias venerit, isque sit noster Christus. Id enim longè pluribus testimonioribz, & rationibus poterat demonstrari. Res tamen neque est huius loci, neque tam breui dispu-
tatione circumscribi poterat.

DISPUTATIO III.

E Idem ex novo testamento, definitionibz que Ecclesiæ, aduersus hereticos omnes Christi diuinitatem negantes, demonstratur.

A Diversus Arianos, cateroles, hereticos Christi diuinitatem negantes, nouimque testamen-
tum Scripturam esse canonicam conhentes, potest etiam eadem veritas sequentibus testimoniois de-
monstrari.

Prater testimonium illud de celo post baptismū
Matthæi 3. & in transfiguratione Matthæi 17. Hic facinus Christi est filius meus dilectus. cum Matth. 16. interrogasset Christus discipulos, Quem dicunt homines esse filium regnum cœli? respondens: Alij Iohannem Baptizant, alij prædicant, vero Eliam, &c. Interroganti eis, Vos autem quem me esse ducitis? Respondit Petrus, Tu es Christus Filius Dei vivi. Cui Christus: Beatus es Simon Barion, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in celis. Christus ergo verus ac naturalis Filius est Dei: & non per adoptionem, aut participatio-
nem eo modo, quo Iohannes, aut Elias, immo neque eo

eo modo, quo Angeli beati diuino fruentes con-spectu, dicente Paulo ad Hebr. i. Christū differentius nomen pro Angelis hereditasse. Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus tu, ergo hodie geniū te? & reliqua que eo capite ad probandum Christi diuinitatem, Filiumque Dei esse naturalem adducit.

¶ Marci 14. Cum Caiphas Redemptorem intefrogasset, an ejus Christus filius Dei benedicti. Respondebat Christus, Ego sum. Perspicuum est autem, Caiphām, ceterosque Iudeos, qui aderant, intellexisse de Filio Dei naturali. Alias non dixissent, Blasphemauit. Neque Christus de alio Filio Dei, quād de naturali est locutus: si minus debuisset id explicare sub reatu lethali peccati, ne illi in re tanti momenti, diuinæque maiestati tantopere derogante, deciperentur, atque ut propriam vitam seruaret, illico ruina occasionem non præberet.

D. Ioannes, ut Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis refert, proprius Cerinthus & Ebionem, qui in Christo primi diuinitatem esse negarunt, asseuerantes fuisse solum hominem, in hunc modum suum est exorsus Euangelium. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Omnia per ipsum facta sunt. Et Verbum caro factū est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti à Patre. Et unigenitus Filius, qui est in simo Patri, ipse exiit. Quid quoē clarissimū Christi diuinitatem testari potest? Ait namq; Ioannes, Verbum, quod caro factū est, esse apud Deum, quin & esse Deum verba enim illa, Et Deus erat verbum, construendo sunt, incipiendo à vocabulo, Verbum, ita ut sit lensus, & Verbum erat Deus) addit, Omnia per ipsum facta, & Verbum carnem factum, esse unigenitum à Patre, in ipso sibi existere. Ergo Christus verus est Deus, Patri coeternus, & consubstantialis; quippe cùm sacræ literæ, lumenque naturale clare doceant, unum tantum esse Deum. Præterea manifestè constat ex eisdem citatis verbis, Christum esse Filium Dei naturalem: neque enim verē dici posset unigenitum à Patre, si Filius esset adoptivus: et quod Deus multis habeat filios per adoptionem, & participationem.

Ioan. 3. Nemo autem Christus, ascendit in cælum, nisi Filius hominis, qui est in cælo: cùm ergo esse non possit simul in cælo & in terra, nisi esset Deus, aperte testatus est, se esse verum Deum.

Ioan. 5. Præterea, inquit Evangelista, magis querebam cum Iudei interficere, quia Patrem suum dicebat Deum, equaliter se faciens Deo. Et cap. 9. cùm interrogasset cocum hominem, quem illuminauerat, Credis in Filium Dei? Cœco respondenti, Quis est Domine? Dicit Christus, Qui tecum loquitur ipse est. Cap. 10. Dominus ipse inquit, Opera, quae ego facio in nomine Patris, haec testimonium perhibent de me, quod scilicet sim verus, & naturalis filius Dei, Nam, ut ea confirmetur veritas, facta sunt. Deinde eodem capite, cùm dixisset Christus: Non rapies quisquam oves de manu mea, addidit, Pater, quod dedit mihi (nempe essentiam diuinam per æternam generationem) manus omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei (subintelligitur, quare neque de manu mea, cùm eamdem habeam essentiam, & potentiam cum Patre.) Atque hoc est quod subiungit: Ego & pater unus sumus. Sancti Iudei intellexerunt, Christum eis verbis affirmasse se Filium Dei naturalem, signidem sustulerunt lapides, ut lapidarent eum. Addideruntque, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu, homo cùm sis facis te ipsum Deum.

Ioannis 20. Thomas Apostolus ad illam usque

A horam incredulus, Christo Dominio dicens, infra digitum tuum huc, & cœt. Respondit: Dominus meus, & Deus meus. Merito autem in quinto Synodo (qui est Constantinopolitanum Concilium) ad finem actionis 4. anathematismo 12. damnatur impius Theodosius Mosulensis, quod assisteret, Thōmā eiis verbis non esse locum cum Christo, quād fuerit eum confessus Deum, sed miraculo resurrectionis penè postum extra le obstupuisse glorificasse que Deum, qui Christianum Dominum à mortuis excitaverat, idēque non ad Christum, sed ad Deum ea verba protulisse. Merito, inquit, proprie huius di assertum damnatur Theodosius, quoniam Evangelista aperte affirmat Thomam respondisse & dixisse Christo, Dominus meus & Deus meus. Christus, que tamquam veram eam confessionem approbans, subiunxit: Quia vidiisti me Thoma credidi. Beati qui non viderunt, & crediderunt.

Prima Ioanni vltimo, Scimus quoniam Filius Dei vniuit, & dedit nobis sensum, ut agnoscamus verū Deum, & simus in verò Filius eius, hic est verus Deus, & vita eterna. Quo in loco Ioannes appellat Christum verum Filium Dei, & verum Deum.

Plorima sunt testimonia D. Pauli pro hac veritate. Ad Romanos 1. De filio suo qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Et c. 9. Quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Ad Colossem (es 2. c. 7) ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ad Titum 2. Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri. Et infra: Exspectantes beatam p̄fam, & aduentum glorie magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi. Et cap. 3. Cū autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei.

Ad Hebreos 1. Multifariam olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nonissime diebus istis locutus est nobis in Filio: per quem fecit & secula. Qui cùm sit splendor glorie, & figura substantiae eius, id est, Patri, portansque omnia (id est, conservans) verbo virtutis sue, purgationem peccatorum faciens (id est, peccata remittens) &c. Ex quibus omnibus luce clarius est, Christum verum Deum, Filiumque Dei naturalem esse, consubstantialem Patri.

Iudas præterea cap. 2. sua epistolæ: Subintroierunt quidam. Et infra: Solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes. Si solus Christus Dominator, & Dominus est ergo est unus omnino Deus cum Paro, atque adeo est illi consubstantialis, & coeternus. Quo loco adverte, vulgares textus Græcos, de quorum numero est Bibliorum Antuerpiensium Philippi Hispaniarum Regis Catholicoli sumptibus excusorum, habere solum Dominatorem & Deum nostrum Iesum, quod aptius adhuc confirmat nostrum institutum.

Item Christus, aut est Deus æqualis, & consubstantialis Patri, aut creature, ut Arius dicebat: non est creature; ergo est Deus æqualis & consubstantialis Patri. Maior, & consequentia patet, concedunturque ab Arianis. Minor vero probatur, quia Christus creauit omnia, & non seipsum: ergo non est creature. Maior manifesta est ex illo Ioannis 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et ad Colossem. 1. In ipso condita sunt unita in colis & in terra, visibilis & invisibilis, sine throni, sine dominatione, sine principatu, sine potestate, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et i.ad Corinth. 8. Unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Minor vero notissima est: cùm nihil magis absurdum, pugnansque sit, quād aliquid procedere

ducere se ipsum. Mitto pleraque alia testimonia, A

*Præfoni ex-
positio-
nes
quædā Chri-
stiano pet-
re indigua.*

qua veritatem eamdem manifestè confirmant.

Illud admouerim, Erasmus quasdam exposi-
tiones Christiano pectori indignas excogitatae cit-
ca aliqua ex testimonii adductis, quibus vires eo-
rum ad Christi diuinitatem demonstrandam ener-
uate conatus est. Quia tamen in illis, neque erudi-
tionis, neque probabilitatis vlla est species, sed sol-
lum animi ad religionem Christianam parum, aut
nihil effecti, nec referendas, nec impugnandas duxi,
maxime, cum sciam eas à plurimis viris doctis ex-
pugnatas esse.

*Ecclesia de-
finitionibus
Christi diui-
nitatis com-
probatur.*

Accedamus ad Ecclesiæ definitiones. Diuinitas B Christi aduersus Arianos definita fuit in Concilio Niceno, adfueruntque illi trecenti decem & octo Episcopi, quod prima generalis Synodus, exis quæ in Gracia celebrata sunt, appellatur. Verba illius concilij Latinitate donata haec sunt. *Credimus in unum Deum Patrem, &c. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Deinatum ex Patre, unigenitum, hoc est, ex substantia Patri, Deum de Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum; & quia, hoc est, consubstantiale Patri, qui propter nos homines, &c.* Et infra: *Dicentes autem, erat, quando non erat; (id est, aliquando non fuit) aut non erat, antequam fieret, & quia ex non existentibus factus est, aut ex altera substantia, vel essentia dicentes esse, aut ex creatum, hostiles anathematizati Catholica & Aposto-
lica Ecclesia. Decreti huius Concilij à Sylvestro Papa sunt Rome confirmata, in Concilio 275. Episcoporum eodem tempore celebrato, ut ex initio huins Concilij est manifestum.*

Idem definitum est in Concilio Constantinopolitano 1. sub Damaso, quod 2. Synodus generalis appellarur, cap. ultimum. Idem determinatum ac multò latius explicatum est contra Nestorium in Concilio Ephesino 1. quod tertia Synodus appellatur sub Calixtino Papa in confessione fidei, & anathematis, quæ subiunguntur. Idem in Concilio Chalcedonensi 1. seu in quarta Synodo, sub Leone 1. actione 5. occasione Eutychetis, in 2. definitione fidei. Idem in Concilio Constantinopolitano 2. id est, in 5. Synodo, circa tempora Agapeti, Sylvestri, & Vigili, actione 5. anathematismo 1. & sequentibus. Idem in Concilio Lateranensi sub Martino summo Pontifice canone 1. & sequentibus. Idem in Concilio Constantinopolitano 3. id est, in 6. Synodo, in epistola Agathonis Papæ, qua haberetur actione 4. Et in Synodica suggestione in Concilio 125. Episcoporum ab eodem Agathone Roma celebra-
to, qua eadem actione 4. habetur, & in erudi-
tissima epistola Sophronij, qua continetur actione 11. & tamquam orthodoxa approbatu ab eodem Concilio actione 11. Et denique in confessione fidei eiusdem Concilij actione 17. in qua tamquam fides orthodoxa recipitur, tum epistola Agathonis, & suggestio Synodica eiusdem, tum etiam epista-
la 10. Leonis 1. ad Flavianum, in qua idem definit: quam epistolam in confessione fidei Chalcedonensis Concilij Patres receperant. Idem in Concilio Nice-
no 2. quod septima Synodus appellatur, actione 1. in confessione fidei. Idem in Concilio Lateranensi 2. sub Innocentio 3. cap. Firmiter, & c. *Damnamus de-
sum Trinit. & fide Catholica.* Et in Florentino, in instruclio Armenorum. Eadem veritas contine-
tur in Symbolo Apostolorū, & in Symbolo Athana-
sij, in eadem Armenorum instruclio ab Ec-
clesia approbato. Eandem ante tempora Concilij Niceni definitiverant Clemens primus epist. 1. ad beatum Iacobum. Xitus 1. epistola 1. decretali, Xi-

stus 2. epistola 1. Felix 1. epist. 3. Marcellinus epist. 1. Higinius epist. 1. Soter etiam epist. 1. Eadem post tempora Concilij Niceni definita fuit à Damalo in professione fidei Catholicæ ad Paulinum, quam leges 1. tomo Conciliorum, post epistolam eius pri-
mam, & à plerisque aliis summis Pontificibus.

Eadem veritas à multis provincialibus Concilis statuta est. A Sirmieni in confessione fidei, & ana-
thematis sequentibus, à Toletano primo in affer-
tione fidei illius Concilij. Fuit autem Concilium hoc à Leone 1. confirmatum. Ab edito Iustiniani Imperatoris fidei confessionem continent, quod inuenies in Concilio Toletano 2. A Concilio Toletano 3. in confessione fidei per epistolas Gregorij ad Leandrum approbata. A Concilio Hispalensi 1. tempore Isidori canone 13. à Concilio Toletano 4. cap. 1. à Tolerano 6. cap. 1. à Concilio Bracharense 1. canone 13. & 4. à Tolerano 11. in confessione fidei latissimè & eruditissimè, à Toletano 14. cap. 8. & à Concilio Vuormatiensi in confessione fidei. Legito etiam confessionem fidei Sancti Quintiani Episcopi, qui habet ut ad finē Concilij Aurelianensis 3.

Illud in calce huius disputationis admonendum censu, testimonia ex novo, & veteri testamento, ram hac quām præcedente disputatione addueta, suo etiam modo aduersus Mahometanos Christi diuinitatem conuincere. Etenim cùm Mahome-
rus, se & totusque illius, Moysem Prophetam, po-
pulumque Iudaicum ante Christi aduentum à Deo fateantur electum, verāque fuisse Ecclesiam: cùm item dicant Christum verum magnumq; Pro-
phetam à Deo missum in hunc mundum venisse, sād neque negant, neque verò negare possunt, Ecclesiam ab eo institutam veram fuisse Ecclesiam, congregationēmque à Deo electam, dum fides per Christum tradita (quam absque illo fundamento depravata per Sacerdotes affirmant) integra la-
nāque perseuerat. Quibus si addas, ad diuinam prouidentiam spectasse, cùm Synagogam per Moy-
sem, Ecclesiamque Christianam per Christum in-
stuebar, de Scripturis, in quibus vera fides, regi-
mēque virtusque Ecclesiæ contineretur, prouide-
re, alioquin iam non insufficienter solum, sed etiam insipiente, quod à Deo longissimè absit,
vtramque Ecclesiam fundasset, sit, vt in virtute
Ecclesiæ, interim dum habuit fidem integrā &
inuolatam, aliquæ fuerint Scripturæ diuinis in-
spiratae, fidem veram, modūque gubernandi Ec-
clesiasticam Rempublicam continent. A tempo-
re antiquæ legis, quæ alias quoque fuerint Scripturæ, quam libri Moysis & Prophetarum, quos tam
quam canonicos, sibiique diuino munere cœcessos, & ante, & postquam Christus aduenit, coluerunt
Iudei, ac venerati sunt? Nec minus Christiana Ec-
clesia cum ipso Christo nata, nutritaq; eodem
tamquam facros & celo datos, suscepit. Accedit,
quod inter Iudeos & Christianos perpetuum ex-
arsit bellum, & decertatio de fide. Ex quo fit, vt
nuinquam conuenire potuerint ad Scripturas illas
deprauandas: & tamen vtrique communī confen-
su assuerēt, eos libros integros, inuolatosque per-
sistere: neque verò vllam, vel historiam, vel pro-
babilem coniecturam adducere possunt Mahome-
tani, vt indicent verisimiliter, quando, aut à quo li-
p. 5. Scripturæ
à nullo de-
prauatas do-
minante.

sanos, nisi agere proteruè, insaniréque velint, quām Iudeos, concedendam esse in Christo diuinitatē, cogere. Præterea Ecclesia Christiana, quos alios libros sacros diuino traditos insinuū habuit quām quos Apostoli, discipulique Christi Domini ipsius autoritate firmati, nec minū diuini Spiritus assistētia duci, quām Moyse, quondam & Prophete in condidis libris canonici antiq[ue] legis, scriperunt; Quos libros eodem prorsus esse cum eis, quos modò religio Christiana suspicit, & veneratur, euidenter colliget, qui percurrit seriem doctorum veterum, qui vsque ad Mahometum in singulis extatibus scriperunt, & testimonis vñ sunt ex libris Apostolorum, discipulorumque Christi duætis. Profecto sicut insinarent Christiani, si inficiantur Alchoranum esse à Mahometo traditum, aut si dicent à lectoribus Mahometi fuisse deputatum, nulla ad id adhibita verisimili coniectura, neque ex historiis, aut aliunde ostendendo, quando, aut à quibus ea esset facta depraatio: ita tandem delirant prorsus Mahometani, cùm affuerant Apocalypsim Ioannis, Euangeliorum, & epistolorum libros, atque eos, in quibus acta Apostolorum continentur, quos Ecclesia Christiana à primis incunabili tamquam canonicos, & per Apostolos, discipulosque Christi scriptos semper coluit, non esse illos, quos Apostoli, discipulique Christi scriperunt, vel saltem deprauatos postea fuisse à Christianis: cùm nullam ad id adducat verisimilem coniecturam, aut historiam, neque ostendant quando, aut à quibus ea fuerit facta depraatio. Quare testimonia ex novo testamento hac disputatione adducta, nisi velint animo obfirmato errare, insaniréque, ipsos etiam conuincunt prorsus Mahometanos. Adde, quod negare Christum à Iudeis fuisse crucifixum, vt Mahometus negavit, cùm id in omnium gentium luce fuerit getsum, idque restati fuerint idolorum cultores, gloriarenturque Iudei, hominis fuit effusæ impudentis & stulti.

DISPUTATIO IIII.

Quod Spiritus sanctus verus sit Deus Patri & Filio consubstantialis aduersus Arium & Macedonium.

Pater qui proprieatem paternitatem per traditam.
Hac de re agit Athanasius in disputatione contra Arium in Concilio Niceno habita ad finem, in epistola ad Serapionem, in sermone contra omnes haereses, in sermone de sanctissima Deipara, & alias. Didymus in tribus libris de Spiritu sancto, interpretate beato Hieronymo, quos ad finem 9. tomij operum Hieronymi inuenies. Bafilius 3. lib. & 5. contra Eunomium. Et in libro de Spiritu sancto ad Amphilochium Episcopum. Ambrosius in tribus libris de Spiritu sancto, ad Gratianum & alij.

Spiritus sanctus aduersus Arium & Macedonium.
Spiritum sanctum verum esse Deum, Patri & Filio consubstantiale, sequentibus testimonii apertissime comprobatur. Matth. vltimo: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Quo in loco, cùm in nomine, idem sit, quod in invocatione, autoritate, ac potestate, constat eiusdem potestatis, autoritatis, atque adeo essentia esse Spiritum sanctum cum Patre & Filio. Absit enim, nequid dicam grauius, vt creatura annexatur Patri & Filio, vt in nomine illorum trium baptismus conferatur, peccatorumque gratiam Dei consequantur: 1. canonica cap. 5. *Spiritus est inquit Ioannes, qui testificatur, quoniam tres sunt, qui testimoniū Christianū est veritas: quoniam tres sunt, qui testi-*

*monium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Et inferius, Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est. Præterea, sicut Christus profetetur se processisse à Patre, cäque ratione consubstantiale illi esse ita de Spiritu sancto Ioannis 15. ait, *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis qui à Patre procedit,* &c. ergo Spiritus sanctus consubstantialis est Patri, atque adeo unus est Deus cum Patre & Filio. Apertum testimonium huius veritatis scribitur Actorum 5. vbi Petrus expressis verbis vocat Spiritum sanctum Deum, cùm Ananiam sic affatur:*

Cur tenaces Satanas cor tuum mentiri Spiritui sancto?

Non es mentitus hominibus, sed Deo. i. ad Corinth. 6.

An nescias quoniam membrum vestrum templum sunt Spiritus sancti? Cùm ergo Dei sit templum habere, Paulusque subiungat, Glorificate & portate Deum in corpore vestro: manifeste docet, Spiritum sanctum esse Deum. Cap. 12. ciuidem epistola idem Apostolus,

Divisio[n]es, ait, gratiarum sunt, idem autem Spiritus &

divisio[n]es ministracionum sunt, idem autem Dominus: &

divisio[n]es operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Quo in loco Spiritum sanctum Dominum ac Deum appellat. Deinde cùm

divisio[n]es gratiarum ab Spiritu sancto esse affirmet gratiam autem & gloriam det Dominus, veluti psalmo 8. habetur, fit, vt Spiritus Sanctus sit Deus. Accedit, quod Spiritus Domini replete orbem terrarum, vt haberet Sapientia 1. idque per creationem, estque vbique prælens, vt ex eodem loco & ex aliis testimonii ostendimus quæst. 8. Fuit præterea causa incarnationis, iuxta illud Math. 1.

Habens in uestro de Spiritu sancto. Et Lucas 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virius Altissimi obumbrabit tibi, idque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et in Symbolo Apostolorum,

Qui conceptus est de Spiritu sancto. Præterea, est

principia causa gratiae & caritatis, iuxta illud ad Roman. 5. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris

per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et ad Ephesios 1. Signati etsi Spiritu promissionis sancto. Est etiam causa remissionis peccatorum, iuxta illud

Ioan. 10. Accipite Spiritum sanctum, quorum remis-

riis peccata, remittuntur eis. Item scrutatur omnia,

& inter ea cogitationes cordium (vt haberet Sapien-

tia 1. ante testimonium supradictum) etiam pro-

funda Dei, atque adeo Deum comprehendit, vt

scribit Paulus 1. ad Corint. 2. Sed creare, esse vbi-

que, esse causam incarnationis, esse principalem cau-

sam caritatis, gratiae & remissionis peccatorum, atque

scrutari corda, & comprehendere Deum, sunt pro-

pria Dei: ergo Spiritus sanctus est Deus. Præterea,

qui per Prophetas est locutus, vtique est Deus ipse,

iuxta illud ad Hebreos 1. Multis variis modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis. & il-

lud Luc. 1. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à se-

culo sunt, Prophetarum eius, & 2. ad Timoth. 3. Om-

nis Scriptura diuinitus inspirata, & Cat vero Spiritus

sanc[t]us est, qui per Prophetas est locutus, iux-

ta illud 2. Petri 1. Non enim voluntate humana allata est

ali quando propheta, sed Spiritu sancto inspirante locutus

sunt sancti Dei omnes: ergo Spiritus sanctus est Deus. Le-

ge, si placet, testimonija alia apud Patres supradicta citat.

Probata[m] veritatem satis scriperunt Apostoli in suo symbolo verbis illis: *Credo in Spiritum ex Ecclesiæ sanctum.* Eamdem obligantur Patres Concilij Niceni, cùm in confessione fidei, & in Spiritu, *definitionibus contraria[m] mutari.* aiupt, sanctum, videlicet, credimus. Fuit eadem ex instituto postea definita aduersus Macedonium in Concilio Constantinopolitano 1. sub Damaso capite

capite ultimo his verbis: *Credimus in Spiritum sanctum Dominum, & unificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & conglorificandum, qui locutus est per Prophetas.* Et idem subscriptus Concilium Ephesinum i. paulo ante anathematismos, & Chalcedonense actione 5. in secunda editione fidei. Item 5. Synodus actione 5. anathematismo 1. Concilium Lateranense sub Martino Anathematismo 1. Eadem fuit determinata in 6. Synodo in epistola Agathonis Papæ, quæ habetur actione 4. & in Synodica suggestione, quæ eadem actione continetur, in epistola Sophronij, quæ scribitur actione 11. & approbatur à Concilio actione 13. in confessione fidei eiusdem Concilij, quæ legitur actione 17. in Concilio Niceno 2. actione 1. in confessione fidei, à Gregorio 10. in Concilio Lugdunensi capite *Fideli*, de summa Trinitate & fide Catholica lib. 6 in Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. cap. *Firmiter, &c. Damnamus*, de summa Trinitate & fide Catholica. In Florentino in decreto de processione Spiritus sancti, & in Symbolo Athanasij, à Sixto 1. epistola 1. decretali. Higinio epistola 1. à Damaso in professione fidei ad Paulinum, à Concilio Syrmensi praesertim anathematismo 17. & sequentibus à Concilio Tolerano 1. in assertione fidei, & in confessione fidei Iustiniani, quæ habetur in Concilio Tolerano, à Tolerano 3. anathematismo 3. & sequentibus, à Tolerano 4. c. 1. à Tolerano 6. cap. 1. à Bracharense 1. can. 1. à Tolerano 1. in confessione fidei, & à Concilio Vuromaciensi in confessione fidei.

DISPUTATIO V.

Esse in Deo sanctissimam Trinitatem personarum aduersus Iudeos, & Sabellianos.

Ex testimoniis veteris testamenti ad monitionem ad trinitatis mysterium comprehendit. IN Deo esse plures personas consubstantiales, clarè demonstrant aduersus Iudeos testimonia ex veteri testamento disputatione 2. adducta. praesertim 4. 5. 6. 7. 9. 14. 15. & 16. Quare cum, qui duas personas diuinas, quarum una ab altera per intellectum tamquam verus Filius naturalis, Patrique consubstantialis procedat, concederit, facile etiam tertiam, quæ per voluntatem à Patre & Filio procedat, concessurus sit: cùmque controversia inter nos & Iudeos non sit, an in Deo concedendæ sint duas ratiū, vel tres personæ, sed an pluralitas personarum cum unitate essentiæ sint in eo confitenda, sit, ut aduersus Iudeos probatum habeamus sanctissimam Trinitatem personarum.

Confirmari etiam potest aduersus eosdem pluralitas personarum. Primo, ex illo Genesios 1. In principio creauit **¶** **¶** **¶** Heloim, id est. Dij in plurali numero, *cælum & terram*. Quasi, creauit, appositum sit in singulari propriæ vnitatem essentiæ: *dænum* vero sit, **¶** **¶** **¶** Heloim, in plurali, propter pluralitatem personarum. Cæterum inferes, si res ita habeat, inceptam esse constructionem, falsam quo sentientiam, cum tres persona diuinæ non sint tres Dij, nec tres iudices, sed unus Deus, & unus iudex. Quas rationes Cæteranus adeò putavit efficaces, ut eis ad eum locum vietus propendeat in eam sentientiam, quæ dicit, nomen **¶** **¶** **¶** Heloim, carere singulari numeri, & promiseat sumi in plurali proximo, vel pluribus, quod diuidicandum censet ex verbo plurali, aut singulari numeri, quod habuerit adiunctum. Quare cum hoc loco adiuxerit Moyles verbum, creauit, in numero singulari, meritò interpres in editione vulgata transtulit, *In principio*

A *creauit Deus cælum & terram.* Sunt qui affirment nomen **¶** **¶** **¶** Heloim, vtrumque habere numerum, & cùm in plurali tribuitur Deo interdum habere coniunctum adiectiuū singularis, & interdum pluralis numeri, id quod testimonii ex Scriptura citatis confirmant, adscientes idiosyncrasium esse propriæ linguae Hebreæ, vt ei nominis in plurali numeri sumpto verbum singularis numeri adiungatur, & tunc denotare vnum Deum in essentiâ, & trium in personis. Ego sanè quantum ponderis locus ille aduersus Iudeos habeat, nescio, alij indicent.

B Secundo ex illo Genesios 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Quo in loco videtur loqui Pater cum duabus alijs personis diuinis, vt indicat verbum illud plurale *faciamus.* Unitas vero essentia innuitur eis verbi singularis numeri, *ad imaginem nostram*, quasi vnam essentiam tribus personis diuinis communem debeat homo imitari. Hoc testimonium ad hoc idem probandum tanti fecerunt Patres, qui iussu Constantini Imperatoris in Concilio provinciali Syrmensi aduersus Arium concuerunt, inter quos enumeratur Hosius Cordubensis, vt anathematismus eorum 13. in hunc habeat modum: *Si quis, quod scriptum est faciamus hominem, non Parem ad Filium dicere, sed ipsum ad semetipsum afferit dixisse Deum, anathema sit.* Eodem testimonio, vñā cum illo alio Genesio 11. *Venite descendamus, & confundamus ibi linguam eorum,* usus est Marcellinus epistola 1. decretali ad probandum eandem esse operationem trium personarum diuinarum, quasi sermo ibi fit Patris ad reliquas personas diuinas, Augustinus etiam 12. de Trinitate c. 6. ex testimonio illo Genesios 1. Trinitatem colligit.

C Tertiò ex illa historia Genesios 18. vbi dicitur, *Deum apparuisse Abraham in connalle Mambræ sedenti in olio tabernaculi sui, apparuisse vero illi tres viros, id est, tres Angelos personam Dei agentes proper glorioissimam Trinitatem personarum, que in Deo est: Abrahamum vero, propter essentiam diuinæ vnitatem, eos adorasse, ac si vnum aliquid coleret, dicens. Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeras, &c.* Quibus verbis statim subiungitur in plurali, *Qui dixerint, respondentes videlicet ad orationem & petitionem Abrahami, fac ut locutus es.* Rursusque in eodem capite semel, atque iterum fit de illis sermo, modò in singulari, & modò in numero plurali: compertum autem est illos Angelos Dei nomen & personam ibi sustinuisse, Abrahamumque cum eis quasi cum Deo fusse locutum.

E Quintò probat veritatem candem illud Genesios 19. *Igitur Dominus pluit super Sodomam ignem & Domino de calo: illa enim verba, Dominus à Domino, pluralitatem indicant personarum, quippe cùm, Dominus à Domino, idem sonet, quod filius à Patre, iuxta illud Ioan. 1. *Omnia per ipsum*, hoc est, per filium facta sunt. Hanc etiam testificationem plutiū affirmarunt Patres in Concilio Syrmensi, vt anathematismus eorum 15. declarat. Vbi, si quis, inquietum, illud, quod scriptum est, *Pluit Dominus à Domino, non de Patre & Filio percepit, sed ipsum à semetipso pluere dixit, anathema sit.* Pluit enim Dominus Filius à Domino Patre. Idem testimonium usurpat Marcellinus epistola citata, vt probet eandem esse Patris & Filii operationem.*

Quintò confirmat idem ille locus Isaï. 6. in quo Seraphim, propter beatissimam Trinitatem personarum, ter clamabant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.* Quod si testimonia hæc pluralitatem personarum in Deo probant, longè tamen

tamen magis virginem Iudeos illa, quæ disputatione adduximus. Adversus Sabellianos pluralitas personarum in Deo concludit primis potest ex omnibus testimoniis, quibus tribus disputationibus praecedentibus ostensum est, Christum esse verum Filium Dei naturalem, à Patre genitum. Deinde ex eis, in quibus Deus de Messia loquitur, tamquam de alio à se. Deinde ex illis, quibus ostendimus Filium, aut Spiritum sanctum procedere à Patre, aut ab eodem miti. Etenim virus & idem supposito ac persona, neque dicitur alius à se, neque Filius, aut Pater sui ipius, neque generare aut producere se ipsum, neque se ipsum mittere, aut à ipso procedere. Quo fit, ut unumquodque illorum testimoniorum aperte pluralitatem personarum in Deo demonstret. Neque vñquam Sabellius veram rationem Patris & Filii, aut mitrentiam ac missi, pôterit in Deo defendere, nisi pluralitatem personarum in eo concedat.

Accedit sententia Christi Domini, Ioann. 5. Quo loco, *Alius est, inquit, qui testimonium perhibet de me nichil Pater.* Et paucis interiectis, *Opera, quia ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me, & qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me.* Hac in sententia Patrem Christus appellat alium à se, ac proinde distinctum supposito. Accedit illud Ioann. 8. *Solus non sum, sed ego & qui misit me Pater;* & in lege vestra scriptum est, *quia diuorum hominum testimonium verum est: Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater,* ubi *te & Patrem appellat duos:* idem autem persona & supposito secundum non facit dualitatē. Adde, quod habetur Ioan. 10. in plurimi, *Ego & Pater unus sumus,* in essentia, videlicet. Qui locus manifestè docet, esse in diuinis distinctas personas. Adde etiam illud 1. Ioannis 5. *Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus.* Tacitus prætero multa alia, quæ in Scripturis sacris pluralitatem diuinorum personarum aperte demonstrant.

Eadem veritas ab Ecclesiis est constituta omnibus eius definitionibus, quas duabus praecedentibus, disputationibus reuelimus: imò in plerisque earum benedictissima Trinitatis personarum expressè definita est.

Illud admonuerimus, nos his quatuor disputationibus nullam rationem à lumine naturali petitam posuisse, sed tantum Scripturæ, Ecclesiæque certas definitiones. Nec sine ratione, quoniam, quæ in eis probate constitutimus, transcendunt totum naturale lumen, quin & Angelici intellectus facultatem longè excedunt, propriequé eis solum assentitur Ecclesia, tamquam à Deo reuelatis. Quæ fit, ut quin nihil corum recipiat, in quibus Dei reuelationes continentur, incapax sit, ut vel ex principiis propriis Theologiae conuincatur, vel rationibus naturalibus eiusmodi res illi demonstretur. Vnde Dionysius 2. cap. de diuinis nominibus. *Qui omnius, inquit, diuinis Scripturis aduersatur, procul omni ex parte a nostra Philosophia aberit, & abborrebit.* At nisi ei cura est Dei sapientia, quæ ex diuinis libris hauritur, quomodo nobis cura erit illius in diuina scientia institutio? Possunt nihilominus haec omnia mysteria idolorum cultoribus, carcerisque infidelibus, qui nullam Scripturam sacram recipiunt, persuaderi tum impugnatione errorum, quibus ipsi fidem habent: tum etiam quā plurimi argumentis, quibus ea, quæ Christiana Ecclesia profitetur, à Deo optimo maximo facta sunt nimis credibilita, adeò ut merito in culpa sint lethali, quicumque eis sufficienter propositis, tamquam à Deo reuelatis non assentiuntur, de quorum numero sunt miracula omnia in confirmationem fidei

Molina in D. Thom.

Christiana pér Christum, & Christianos Dei ministros à Deo optimo maximo in hoc mundi theatro edita, præter multa alia, quæ idem aperte testantur. Ne vero in singulis fidei nostræ sacrosanctæ mysteriis inutiliter repertantur, commodius tradentur 2. dum erit sermo de fide.

D I S P U T A T I O VI

De significatis vocabulorum, *Verbum.*

C Irca id, quod disputatione r. diximus D. Thomam in 4. huius articuli parte præstare, nonnulla sunt de verbo examinanda: reliqua referabuntur, ut cum D. Thoma questionibus sequentibus discutiantur. Atque ut à verbi significatis exordiamur, Mensis conceptus primò dicitur *verbum, vox deinde, quæ rem quampli significat, mentisque concepsum exprimit, quin & tertio loco res ipsa mētis verbo, aut vocis significata.*

Atque hæc postrema usuratio frequens est in sacris literis. Exodi enim 9. *Cras, inquit Moyses, faciet Dominus verbum istud,* id est, rem hanc, quam locutus sum. 1. Regum 3. *Ece ego facio verbum (id est, rem) in Israël, quod quicunque audierit, tinnient amba aures eius.* Matthæi 4. *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei,* id est, in omni re, quam Deus voluerit. Et alibi. Quartam verbi acceptiōē addunt D. Thom. infra quæst. 3. 4. art. 1. Durandus in 1. distin. 17. quæst. 2. ut verbum sit imaginatio, quæ de voce profunda mente & imaginatione formatur, antequam ore proferatur. Videntur autem adducti, ut hanc quartam verbi acceptiōē adiaceant, verbis quibusdam Damasceni lib. 1. fidei Orthodoxæ cap. 18. Veturum tres priores acceptiones frequentiores sunt in vñloquentium.

Quamvis inter omnes conueniat, rem verbo mentis, aut oris significatam impropriè ac figuratè vocari *verbum*, quatenus videlicet nomen signi ad rem significatam transferrit: controversia tamen est, vtrum verbum dicatur propriè tam de verbo mentis, quam de verbo oris.

Aliqui, quos Bartholomeus Torres suppرسatio nomine ad hunc articulum disputatione, referunt, alteri erunt, *verbum* solum dici propriè de verbo oris:

de verbo autem mentis non, nisi impropriè, extenso vocabulo. Nescio an huius sententie fuerit Erasmus, iuxta ea, quæ Cornelius Lanfanius cap. 1. sive Concordie de eo refert, docteque impugnat. Docuit namque Dei Filius *Verbum Patris dici, non quidem ad verbi mentalis similitudinem, sed quia vocali verbo similes est, quatenus scilicet Pater per cum res annunciat, ideoque censuit, potius appellandum Patris sermonem, quam Verbum Patris.*

Contrarium affirmat Augustinus 15. de Trinitate cap. 11. Vbi ait: *Verbum, quod foris sonat, signum est verbi quod intrat lucem, cuius magis verbi competit nomen.* Nam illud, quod profertur carnis ore vox verbi est, bo mente, verbumque & ipsum dicitur propter illud, à quo quāmoris ut foris appareret, assumptum est. Haec enim Augustinus, Augustinum sequuntur D. Thomas inferioris quæst. 3. 4. art. 1. Durandus in 1. distin. 17. quæst.

2. & communis Theologorum sententia. Estque contrarium parum in fide tutum, ne amplius dicam. Primo, quoniam Dei Filius non in alia significatiōne dicitur verbum, quā in 2. qua verbum mentis dicitur verbum, ut volunt sanctissimi, vetustissimique Patres, Clemens epist. 1. ad Iacobum fratre Domini, Gregorius Nazianzenus 4. lib. Theologia, quem refert, & sequitur Euthymius ad 1. cap.

I i. Ioannis,

Verbi significatiōne.

Erasmi assertio periculosa.

Ioannis, Augustinus vbi suprà, Cyrillus de Trinitate lib. 2. versus sine, Fulgentius lib. 3. ad Monum, & plerique alij: si ergo verbum mentis propriè non dicetur *verbū*, nec etiam Dei Filius propriè dicetur *Verbum*: quare cùm, quod non est aliud propriè, simpliciter non sit tale, Dei Filius non erit absolute *Verbum*, contra illud Ioannis 1. *In principio erat verbum, &c.* Et contra communem Ecclesiæ confessionem. Vnde D. Thomas loco citato ad primum affirmat, Origenem, quioniam in Ioannis interpretatione dixit: *Verbum metaphorice dici in diuinis inueniri fons Arianorum, id ipsum afferentium.* Secundo: *verbū* est id, quod locutione editur, ac profertur: locutio autem propria non voce solùm, sed mente etiam sit: ergo verbum mentis propriè dicitur *verbū*. Maior est manifesta: minor vero probatur, quia qui preces fundit, cum Deo loquitur, oramus autem non solùm lingua, sed etiam spiritu, & mente, iuxta illud 1. ad Corinth. 14. *Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente:* ergo locutio propriè sit mente. Vnde Exodi 14. ad Moysem, cùm nullum est clamorem ore funderet, *Quid, inquit Dominus, clamas ad me.* In quem locum Augustinus quærit, 52. in Exodus ait, *hoc eum egisse voca silentio ut corde clamaret.* Confirmat eamdem minorem illud Ecclesiastis 1. *Locutus sum in corde meo, dicens.* Accedunt plerique alia testimonia Scriptura, in quibus locutio non ori tantum, sed menti etiam tribuitur. Adde, Angelos loqui ad inuicem, alias inter eos non esset communicatio: & tamen eos non loqui ore, quo carent, sed vel sola mente, vel adhibito etiam exterius signo, quo mentis conceptus exprimit: non ergo locutio & verbum sum oris solius. Tertiò, vox eatenus vocatur *verbū*, quatenus animi sensa exprimit, & tamquam internuncia, vicariaque conceptus rem mentis notitia apprehensam significat: ea namque vox, qua D. nihil prorsus significatur, verbum non est: ergo maiori cum ratione conceptus ipse, cuius locum habet vox, dicetur propriè *verbū*.

Alij asseruerunt, vocabulum hoc *verbū*, primò fuisse impositum, vt significaret solùm verbum vocale: deinde vero vsu frequenti fuisse extensum, vt mentis verbo accommodaretur. Quemadmodum, inquit, *videre*, primò fuit impositum ad significandum actum videndi, qui oculis conuenit, deinde vero per accommodationem vsus fuit extensum ad significandam quamcumque evidentem cognitionem cuiusvis potentie cognoscētis postquam extensionem propriè dicimus, beatos videre essentiam diuinam.

Contrarium tamen videtur nobis asserendum. In primis, quia, si ita res habeat, concedendum est, darum fuisse tempus, in quo verbum vocis dictum esset propriè *verbū*, Filius autem Dei, & quicumque conceptus mentis non item. Deinde, quia tunc concedendum esset: sicut videre principiū dicitur de actu oculorum seu viuissim potentia, minus principiū vero, etiam si propriè, de actibus evidentibus aliarum potentiarum cognoscētum: ita vocabulum hoc *verbū*, magis principiū dici de verbo vocis, quam de mentali conceptu: id quod tamen pugnat cum Augustino verbis suprà citatis, cum Diuino Thome eo loco, & cum cōmuni Theologorū sententia, quæ dicit, *verbū esse analogum quoddam, & magis principiū dici de verbo mentis, quam de verbo oris.* tametsi de viro que verbo propriè dicatur. Est enim de numero eorum analogorum, quibus in mente respondet unus conceptus formalis, & que vnam habent definitionem, dicunturque propriè de suis

A analogatis, vt sunt, ens, accidentis, sapientia, substantia, intellectus, & cetera attributa Deo & rebus creatis communia: nam hæc ita sunt analogæ, vt omnibus suis analogatis propriè conueniant. Dicendum itaque est, quemadmodum vocabula, *ens, substantia, sapientia, intellectus, & cetera,* quæ Deo & creaturis sunt cōmuniæ, esto primum in idiomate aliquo imposta fuerint intuitu significandi res creatas, quas impositores nolunt, nihilominus significarunt simul res inveniæ, easque præcipue: cōd quod ratio eis non minibus significata principaliter repertiretur in Deo, quām in rebus creatis. Non secus nomina, verbum, &c., & quodcumque aliud alterius idiomatis, licet forte ab impositore aliquo fuerint imposta intuitu significandi verbum ori eisdem manifestum, præcipue rāmen significati verbum mentis, in quo principalius cernitur ratio verbi, quām in verbo ori: statim vtrumque significauerint simul ac propriè.

Caietanus inferius quæst. 34. artic. i. tribuit Durando, quasi is putauerit, *verbū*, non dici formaliter & propriè de verbo vocali, sed solùm denominatione extrinseca à verbo mentis, quatenus illud significat: eo modo, quo medicina impræcipie, denominationeque extrinseca dicitur *sana*, à sanitate quan efficit in animali. At profectò nihil tale colligitur ex Durando, quin in d. eis, quæ de verbo dicitur, cum Augustino, D. Thoma, & aliis Theologis conuenit.

Ex dictis hanc possumus colligere definitionem verbi propriè dicti, vt analogum quoddam est ad *verbū* mentis & oris. Verbum est quod locutione productum tamquam signum rem aliquam significat.

DISPUTATIO VII.

De verbo, dicente, ac dicere.

Explícatis acceptiōnibus verbi, aliud de verbo propriè dicto, tam oris, quam mentis, dicendum est, quantum rāmen ad pleniorē intelligentiam mysterii sacrosanctæ Trinitatis fuerit conductens. Vt vero à verbo oris tamquam nobis notiori incipiamus, hac ratione potest definiri. Est quid ore quid in tamquam rei alieuius signum. Eiusmodi omnis aliud significans. Quæ, vt est quidam ore prolatum, dicitur *verbū proferentis*, profrens autem appellatur *loquens*, atque, dicens tale *verbū*, prolatius vero ipsa vocatur *generatio*, atque *productio verbi*. Vt vero est signum rem aliquam significans, dicitur *verbū illus*. Quod fit, vt omne verbum duorum dicatur verbum virius ut dicentis, profrentisque id verbum: alterius, vt rei per idem dictæ arque significata. Exempli gratia, cū profero vocem, *lapis*, ea vox dicitur verbum meum, id est, à me prolatum, & verbum lapidis eo verbo dicti, tamquam rei significatae.

Circa formale significatum huius vocis, *verbū*, est non leuis controversia. Bartholomeus Torres ad hunc articulū disput. 2. affirmat, verbum esse de numero relatiōrum, quæ appellantur secundum esse, dicerēque de formalī relationē realē ad dicentem, quæ non sit aliud, quam processio passiā, relatiōque effectus ad causam, idēcōque asseverat verbum, & dicens esse relata secundum esse, verbumque formaliter esse ab aliquo, à quo dicatur, verbum, & dicens esse aliquod verbum dicens. Ultra relationē explicatā ait, includi in verbo aliam relationē ad rem ipso dictam ac significatā, quæ non est alia, quam relatio significantis ad significatum. Pro hac sententia citat Diuum Thomam inferius quæst.

quest. 3. artic. 1. ad 3. & artic. 3. ad 4. & Caietanum ibidem, atque Augustinum 7. de Trinitate cap. 2.

Sit tamen prima conclusio. Verbum creatum, sive oris sit, sive mentis, duo includit. Vnum est abolutum quid, adiunctam habens relationem significantis ad significatum. Eiusmodi absolutum prolatione ipsa, atque locutione producitur & generatur, estque in verbo oris, non aliud, quam vox ipsa realis aliquid significans, & in verbo mentis similiter conceptus ipse realis rem conceptam significans. Alterum, quod includit, est, prolatio seu productio ipsa passiva, per quam dicitur & dicuntur, ac producitur in rerum naturam. Vox namque aliquid significans, proleta seu producta ab aliquo eam dicente ac proferente, dicitur, *verbum oris eius*, à quo proferatur. Conceptus etiam significans rem, qua per ipsum mente concipiatur, ut prolatus productus per intellectum eius, à quo mente dicitur ac proferatur, appellatur, *verbum mentis illius*. Quòd fit, ut verbum mentis hunc modum possit definiri. Est conceptus, imaginè expressa aliquiū obiectiū prolati. Quia verò conceptus omnis imaginè expressa id significat, cuius est imago, non additur in definitione, tamquam aliquiū rei signum, vt additur in verbo oris: cōd quòd non omnis vox, que ore profertur, est aliquiū signum.

Secunda conclusio. Prolatio, productio, dicere, atque generatio verbi creati (illa enim quatuor idem sunt, sive actiū, sive passiū sumuntur) non significant relationem effectus ad causam, aut causē ad effectum, sed actionem aut passionem. Conclusio hæc est aduersus Bartholomaeum Torres loco citato. Præterquā autem, quid ex se est fatis manifesta, probat primò. Quoniam, ut ipse ibidem affirmat, eodem modo se habent illa comparatione verbi, quo calefactio comparatione eius caloris, qui producitur: est enim verbum terminus illorum quatuor, sicut calor calefactionem terminat: sed calefactio neque actiū, neque passiū sumptu significat relationem, sed actionem, aut passionem ergo illis quatuor non quidem relatio, sed actio, vel passio significabitur. Secundo relatio effectus ad causam producentem consequitur aliquam actionem tamquam suam rationem fundandi, per eamque comproducitur: sed non est alia actio, quam consequatur relatio effectus, quæ est inter verbum creatum & id à quo tale verbum producitur, quam productio ipsa, & generatio verbi: ergo productio & generatio verbi creati non relatio, sed actio est. Tertiò, producere & generare verbum habet se sicut producere & generare filium in humanis, id quod Torres ipse concedit: sed producere & generare filium in humanis, quantumvis ille repugner, non est relatio causa ad effectum aut effectus ad causam, vt ex se est noris filium, sed est vera actio actingens substantiam filii, quam relatio filii ad patrem atque effectus ad causam consequitur: ergo producere & generare verbum creatum non est relatio, sed actio.

Tertia conclusio. Quoniam in diuinis produce-re & produci, generare & generari, non est actio & passio (cōd quid in iis, que sunt formaliter in Deo, nihil sit, quod habeat rationem cause agentis, aut effectus respectu alterius) sed solum est inter personas diuinas habitudo vnius ad aliam, aut tamquam eius, à qua est alia, aut tamquam eius, que est ab alia, sit, vt producere & produci, dicere & dici, generare & generari, dicant relationem Patris ad Filium & Filii ad Patrem: ac proinde vt Verbum diuinum, quod est sapientia genita, producita, & dicta à Patre, relationē dicatur ad Patrem generantem, dicentem,

Molina in D. Thom.

Prima con-
clusio.
Verbum crea-
tum, sive oris
quam mentis
genita facili-
dat.

Verbum me-
tiū defini-tur.

Scen-dia ēd
clausa
Torberatu
polatio nec
relatio,
sicut, aut
pess.

Tertia con-
clusio.
Domini ver-
bi produc-
tio.

A & producentem Verbum diuinum per intellectum suum. Eodemque modo Pater relativè dicatur generans, dicens, & producens Filium, vt ex dicendis in sequentibus fieri magis perspicuum.

Ex dictis colligere licet, verbum creatum ratione absoluti quod includit, nempe ratione vocis significantis, aut conceptus, dicere relationem ad rem di-
Verbi ad 78
ditam rela-
tio est ratio-
nis.
ctam & significatam tali verbo. Prima autem de interpretatione ostendimus relationem illam, non locum ex parte vocis (in quo omnes consentiunt) sed etiam ex parte conceptus, esse relationem rationis. Simile quid cernitur suo modo in Verbo diuino: includit namque aliquid ab solitum, sapientiam vide-
licet tribus personis communem, atque addit, esse genitum & productum à Patre: ac ratione illius ab-soluti dicit habitudinem rationis ad illud omne, quod ea scientia scitur, & significatur: non verò eius ratione quod supra sapientiam addit, vt D. Thomas inferiùs quest. 3. artic. 3. ad 1. Scotus in 1. dist. 27. quæst. 3. & plerique alij docent,

Ex dictis licet etiam colligere, verbum creatum comparatione dicentis non esse de numero eorum relatorum, qua secundum esse, sed eorum, qua secundum dici appellantur. Nam dicens formaliter non significat relationem, sed actionem, ut ostendit, quia tamen dicens & verbum creatum, annexas habent relations causa & effectus, ratione earum reciprocè dicuntur, suntque relata secundum dici. Verbum autem diuinum relatiuum est secundum esse comparatione dicentis: cōd quid dicere & dici, generare & generari, dicant de formaliter in diuinis relations, non verò actiones aut passiones: tametsi per modum actionum ac passionum significantur. Quando ergo D. Thomas & Augustinus in locis per Torrensem allegatis affirmant, Verbum & dicens esse relata secundum esse, loquuntur de Verbo diuino & dicente diuino, non verò de verbo & dicente creato.

Ex dictis colliges, illa tria, nempe dicens, dicere, & verbum: in creatis ita esse inter se affecta, vt, dicens, loquens, generans, producens verbū (hec enim quatuor idem omnino sunt, vt dictum est) formaliter significant actiones, qua producitur verbū connotando id, à quo prodit talis actio, tamquam à causa efficiente. Dicere verò, seu dictio, sonet illam ipsam actionem, per quā verbum producitur. Eadem etiam actio vocatur locutio, generatio, & productio verbi. Verbum autē est terminus à dicente per huiusmodi actionem productus. Vnde eodem modo se habet ad dicere & ad dicens, quo calor productus se habet ad calefactionem, per quam producitur, & ad cal-
Dicere ver-
bum crea-
tum quid sit.

f esationem, ut superius dicebamus. Quo loco obserua, cum in verbo creato duplex repeteretur respectus, vt dictum est: alter realis ad dicentem, qui non est alius, quam relatio effectus ad causam, annexa quidem verbo creato, non tamen ei essentialis: alter vero rationis ad rem, quam significat, ratione cuius dicitur etiam verbum rei significata, si, vt quemadmodum qui rem aliquam dealbat, per quam actionem eam efficiat, dicitur etiam similem eam alteri efficeri propter similitudinem quæ ex albedine resultat: ita quia verbum aliquod dicit, per eamdem actionem, per quam illud pronunciat, dicatur etiam ratione respectus, quo verbum prolatum eam exprimit, rem verbo significatam dicens.

In Deo autem, dicens, dicere, & Verbum, ita sunt affecta, vt dicens, & dicere formaliter dicant relationem per modum actionis, qua producitur Verbum: quæ quidem est in Patre dicente per intellectum, & producente Filium, atque Verbum:

Dicere ver-
bum diu-
num & dici
quid.

Verbum verò completerur per passiuam dictiōnēm, quæ relatio est realis in Filio, ac Verbo diuino, significata per modum passionis: eam dēmque appellant generationē passiuam. Et quia Verbum ratione ab soluti, quod includit, habet relationem rationis ad creaturas, ut explicatū est, Pater aternus generando, & producendo Verbum per intellectum, non solum dicunt dicere Verbum ipsum, sed etiā creaturas in Verbo, & vniuersim quicquid Verbo cognoscit.

DISPUTATIO VII.

Vtrum in rebus creatis verbum mentis distinguatur ab actu intelligendi & an sint idem dicere & intelligere.

MEMBRUM I.

Argumenti partis affirmantis.

Primo. In rebus creatis verbum ab actu intelligendi minime distingui, probant Scotus, Durandus, Aureolus & alijs, quos Capreolus in i.d. 27. quæst. 2. refert. Primo, quia hoc est discrimen inter actionem immanentem & transiūtem, quod per hanc producitur aliquid aliud, minime verò per immanentem, qui potius ipsa est id ultimum, quod producitur: sed intellectio actus est immanens: ergo per intellectiōnem nihil producitur ab ea distinctum, quod verbum vocari possit, sed ipsam est verbum. Minor & consequentia patent. Maior probatur, tum ex Aristotele 9. Metaphys. textu 16. expresse constiuentē illud discrimen: id quod etiam innuere vifus est 1. Ethicorum cap. 1. tum etiam quia, quando per actionem aliquid producitur, illud est nobilis ipsa actione, ut Aristoteles docet 1. Ethicorum cap. 1. in homine autem nihil est nobilis actione immanente intellectus & voluntatis: idēc enim Philolophus 1. & 10. Ethicorum constituit felicitatem humānam, tam moralem, quam speculatiuam, in operatione intellectus & voluntatis, quod præstantissima eorum omnium, quæ nobis insunt, & ad quæ cætra ordinantur, sint eiusmodi operations, sit ergo, ut per actionem immanente nihil aliud producatur.

Secondo. Per actionem sentiendi & volendi nihil aliud producitur: ergo neque per actionem intelligendi, sed ipsa est verbum mentis.

Tertiū. Si intellectio foret actio, qua producetur verbum, & verbum eam terminaret, sanè contradic̄tio sequeretur, si quis intellegit, & verbum non proferret: haud fecus arque si agens aliquod calefaceret, & calorem non produceret: consequens autem est falsum, non solum quia Filius & Spiritus sanctus in diuinis intelligentiis, & non producunt Verbum (alijs generant filium sicut Pater, quod est hereticum) sed etiam, quia beati intuentes diuinam essentiam & Angeli cognoscentes propriam substantiam non producunt verbum: ergo intelligere non est actio, qua producatur verbum, sed ipsam est verbum mentis.

Quarto. Si per actum intelligendi producetur verbum, intelligentia, & non memoria secunda, produceret verbum, quod est contra Augustinum multis locis, in quibus nomine intelligit, memorem intelligit, ut iamactu intelligit: nomine verò, memoria secunda, eundem intellectum, ut prius natura, quam intelligat, est in actu primo per specie intelligibilem, aut aliquid, quod concurrere possit ad actum intelligendi instar speciei intelligibilis.

Quinto. Si Verbum esset species expressa obiecti produceta per actum intelligendi & ab eo distincta, cum si eiusdem speciei cum specie impressa, & eiusdem obiecti, sanè duo accidentia eiusdem speciei, & de eodem obiecto, essent simul in eodem subiecto, quod est absurdum.

Sexto. expressa obiecti species non est necessaria ad intelligendum: ergo admittenda non est, vt sit verbum. Consequens est manifesta: antecedens vero probatur, quia si esset necessaria, certè intellectus affectus iam specie impressa obiecti esset adhuc in potentia essentiali ad intelligendum, quod est absurdum. Sequela probatur, quia tunc aliquid dicitur esse in potentia essentiali, quando non solum est in potentia ad operationem, sed etiam ad formam ei operationi necessariam.

Septimo. Si intellectio esset actio, per quam produceretur terminus, fieri non posset, ut percipatur intellectio, quin simul perciperetur terminus illius, sicut fieri nequit, ut intelligatur calefactio, quin simul intelligatur calor, qui per eam producatur: sed nullum videtur esse absurdum, quod percipiat intellectio, nullo interim percepto termino per eam producto: ergo intellectio non est actio, per quam verbum tamquam terminus producatur.

MEMBRUM II.

Quatuor de verbo sententiæ, & que earum vera sit.

Circa hanc disputationem videnda sunt, quæ diximus quæst. 12. articul. 2. disputat. 1. Pretermissa vero opinione Aureoli afferentis, verbum esse ipsam rem intellectam, qua exsistit à parte rei, ut tam appareat in anima. Quatuor sunt de verbo, & de ipsius distinctione ab actu intelligendi sententiæ celebriores.

DPrima. Prima est Durandi in 1. dist. 27. quæst. 2. afferentis, verbum non esse aliud, quam actum intelligendi. Rationes vero, quibus id probat, sunt quedam ex iis, quas paulo ante confeccimus. Addit vero, mente dicere, actionem nullam, qua verbum producatur significare, sed esse ipsummet verbum, & intelligere. Dicere namque mente non est aliud, ut vult Durandus, quam mente loqui: hoc autem idem est ac habere in se verbum mentis, arque intelligere, quæ idem profrus apud eundem autorem sunt.

ESecunda. Secunda sententia est Scotti in 1. dist. 27. quæst. 1. quam sequens conclusio cotinebit. Verbum re ipsa & ratione sua formalis non est aliud, quam intelligere: dicere vero est actio distincta ab intellectione, per quæ intellectio ipsa, ac verbum producitur. Priore partem conclusionis, in qua coenuntur cum Durando, probat, sicut Durandus, nonnullis rationibus ex his, quas in principio disputationis huius proposuimus.

FIntelligens. Pro intelligentia vero posterioris sciendum est apud Scotum (ut ex 1. sententiariis dist. 3. quæst. 6. in tribus questiunculis), quas ad finem huius questionis mouet, est manifestum) intelligere, sentire, velle, & id genus alia, non esse actiones propriæ loquendo: non solum si actio sumatur pro illa, quæ procedit a contrario in contrarium, & quasi opponitur actioni perficiens, quo pacto Aristoteles 2. de anima affirmat, *sensire, & intelligere non esse actiones*: sed etiam si sumatur actio latè, ut complectitur productionem cuiuscumque rei, arque omnem actionem, quæ vel solum perficit subiectum, vel aliiquid amittit. At namque Scotus, sentire, intelligere, & velle, esse qualitates primæ speciei, non vero actiones propriæ loquendo: appellari tamen actiones

actiones immanentes propter similitudinem, quam habent cum actionibus propriè dictis: id quod explicat in hunc modum.

Tres, inquit, sunt proprietates actionis propriè dictæ.
Prima, ut quædā est, pendeat ab agente, eo modo quo lumen, quædā durat, dependentiam habet à corpore lucido, a quo procedit. Secunda, ut sit tanquam in subiecto in realiæ, in qua suscipitur. Tertia, ut sit aliquius termini, qui per eam producatur, & esse accipiatur. Quoniam verò actibus sentiendi, intelligendi, & volendi non conuenit tercia proprietas actionis propriè dictæ, non sunt actiones propriè loquendo: dicuntur verò actiones minus propriè, propter conuenientiam, quam cum actionibus propriè dictis in duabus prioribus proprietatis habent.

Quod si quis obicit Scoto, eiusmodi actiones habere terminum: quippe cùm per intellectuonem & voluntuonem producuntur multi habitus, qui sanè termini sunt eiusmodi actionum: negat antecedens. Ad probationem verò responder, habitus, qui per intellectiones & volitiones producuntur, non cōparari ad intellectiones & volitiones tanquam terminos ad actiones, per quas producuntur, sed tanquam effectus ad causas, principiæ efficientia, à quibus emanant per distinctionem actionem: eo modo quo calor, productus ab igne in aquam, comparatur ad calorem existentem in igne tanquam ad causam, principiūm efficientia instrumentale, à quo procedit per actionem calefactionis, quæ re est idem cum calore in aquam inducere. Deinde probat id Scorus, quia nulla actio potest esse in rerum natura sine suo termino: eiusmodi autem intellectiones & volitiones esse possunt, quin per eas habitus producantur: ergo non sunt actiones, quibus producitur habitus, sed principia efficientia, à quibus per actionem medianam aliquando emanant. Maior inde est manifesta, quod neque diuina potentia esse potest calefactio, quin per eam producatur calor. Minor vero probatur, tum quia quando habitus est perfectè generatus, actus, etiam si intensus sit, nihil habitus producitur: etiam quia, quando actus est valde remissus, & vel adeſt contrarius habitus, vel is, qui erat producendus, erat iam intenſior in eodem subiecto, nullus habitus generatur.

Ex dictis infert Scorus, cùm intelligere & verbum non si actio propriè dicta: & tamen intellectus, dum intelligit, mutetur, quippe cùm alter se habeat, quām se haberet antequam intelligeret, condendam esse aliquam actionem propriam, per quam mutationem subeat, & per quam intelligere & verbum accipiatur esse: hoc autem, inquit, non est alia, quam elicer, seu producere intellectuonem & verbum. Cian verò dicere nibil aliud sit, quam elicer, & producere verbum, sit, inquit, ut dicere non sit intelligere, sed sit elicer intellectuonem, quæ actio distinguatur ab intellectuone: siquidem est ipsa intellectuonem verbique productio.

Inter haec dicta Scori primum placet, dum assertit, de ratione actionis esse, ut per eam aliquid producatur. Neque enim intelligere vñquam potuit, quo pacto aliquid sit actio, & nullius rei producere sit actio, & quod aliquid agat, & nihil actione sua producatur, & agat. Quare id mihi penitus cum Scoto persuadeo, per omnem actionem semper produci aliquid, quo ipsa terminetur.

Illud deinde probatur, quod affirmat, actus potentiarum ex quibus generantur habitus, non esse ipsos habituum partus & productiones, sed principia efficientia, à quibus habitus per actionem intermedium emanant. Moueatur autem primò propter argumentum Scoti paulò ante positum. Secundò,

Molina in D. Thom.

A quoniam actio est idem re cum termino, vt statuimus 3. Physicorum: actus autem, qui habitum generat, ab eo recipi distinguitur. Id quod vel inde patet, quod assensus conclusionis, sicut etiam quicunque aliis intelligendi actus, est idem re cum verbo, quod producit, vt statim ostendemus: & tamen inter verbum & habitum constat esse reale discriimen. Accedit tertio, quod Deus se solo potest inducere habitum in quacumque potentiam, quin ipsa operetur: sed tunc actio, qua produceretur habitus, est idem re cum habitu: ergo quando per actum potentie producitur habitus, actio, quæ est ipsius producētio, non est ipse actus potentie, cùm is distinguitur re ab habitu: sed est ipse actus habitus, vt emanans à tali actu tanquam à principio efficiente instrumento que potentia. Reliquæ, quæ in opinione Scoti continentur, statim examinabuntur.

C Tertia sententia, quæ in duas alias, vt videbimus, diuiditur, (quæ causa fuit, cur suprà dixerim, quatuor esse sententias de verbo celebriore) hac conclusione continetur. Verbum est conceptus atque imago expressa obiecti, producta per actum intelligentiæ, atque ab eo distincta: dicere verò non est aliud, quam intelligere, per quod producitur verbum ac imago expressa. Conclusio hac est D. Thomas hoc loco illis verbis quæ in calce disputationis prima retulimus. Idē apertius docet de potentia Dei q. 8. art. 1. vbi ait: *Concepsio intellectus & verbum distinguuntur ab actu intelligendi, quia concepsio consideratur ut terminus actionis, actus autem intelligendi ut actio, quia ad conceptionem terminatur.* &c. Idem assertit pluribus aliis in locis, quæ refert Capreolus quæst. 2. citata art. 1. Eamdem conclusionem complectuntur non solum sectatores omnes D. Thomas, sed etiam plerique alii. Quod si D. Thomas verbis citatis solum exprimit verbum distinguiri ab actu intelligendi tamquam terminum ab actione, per quam producitur, virtute tamen simul assertit, dicere mente, non esse aliud, quam intelligere, per quod producitur verbum: omnes namque conueniunt, dicere mente, esse actionem per quam verbum generatur.

D. Opinio. D. Thomas
Verbum
creatum est
imago expressa
obiecti per
actum intellectu-
gendis produc-
ta, ab eo que
distinguitur.
Opinio. D.
Thomas.

E Perspice ergo discrimen inter tres opiniones relatas. Durandus existimans actum intelligentiæ non terminari ad quicquam aliud, cuius sit productio, assertit, actum intelligentiæ esse verbum, non verò aliiquid per actum intelligentiæ productum. Credens præterea actum intelligentiæ per nullā aliam actionem, sed seipso produci, consequenter assertur, dicere mente, neq; ab actu intelligendi neque à verbo distinguiri, sed hæc tria idem proorsus esse. Scopus verò sibi persuadens, intellectuonem non esse actionem, sed qualitatem, affirmit, sicut Durodus, intellectuonem esse verbum. Existimans tamen non posse produci per seipsa, eo quod sit qualitas, sed per quandam aliam actionem propriæ dictam, quæ sit de genere actionis, aut qualis (vt ait) quæ vocat elicere intellectuonem, consequenter assertit, dicere mente, esse elicere intellectuonem, distinguiri ab intellectuone & verbo. At verò D. Thom. verissimè arbitratus, intellectuonem esse actionem per quam producitur concepsus, seu sententiapra-
fatur alius
hoc membro
explicatur.

F D. Thom.
imago expressa rei, quæ intelligitur, nōque intelligere per intellectuonem tamquam per actionem, per conceptum verò ac imaginem expressam tamquam per terminum productum, eo pacto quo paries fit albus per albefactionem tamquam per actionem aut passionem, & per candorem tamquam per terminum productum per albefactionem, consequenter affirmit, conceptum seu imaginem expressam esse verbum distinctum ab actu intelligendi, actum verò intelligendi esse dicere ac proferre ipsum

I i 3 verbum

verbum mentis. Ac sanc̄ opinio hæc verissima & consonantissima est rationi, colligiturque satis ex iis, quæ diximus quæst. 1. art. 2. & ex impugnatione ceterarum opinionum.

Durandi opinio refutatur. Durandi opinio sufficienter impugnatur ea ratione, qua colligitur ex dictis Scotti. Etenim vel actus intelligendi est actio, vel non. Si est actio: ergo per eam aliquis terminus producitur, neque aliis, quam verbum & imago expressa obiecti: quo sit, vt actus intelligendi non sit verbum, sed actio ad verbum terminata. Si non est actio: ergo est quid productum, aut comproductum per aliquam actionem: quicquid enim reale incipit esse, sanc̄ vel productum est, vel comproductum: implicat verò contradictionem aliquid esse productum aut comproductum, & tamen per nullam actionem & productionem: quare eiunodi actio, per quam producetur intellectio (quæ apud Durandum est verbum) erit generatio verbi, cuius oppositum Durandum aſcrit.

Scoti opinio conuenit. Contra opinionem verò Scotti licet argumentari in hunc modum. Intelligere est vera actio: ergo per eam producitur aliquis terminus: non aliis, quam imago expressa ac verbum ergo verbum non est intellectio, sed quid genitum per intellectuonem: intellectio verò est ipse verbi partus: quippe cū apud Scottum, reliquoque Doctores, elicere actionem, per quā producitur verbum, si dicere. Primum antecedens probatur ex Aristotele 9. Metaphys. ac alibi sepe, vbi exp̄l̄s̄ affirmat, intelligere esse actionem immanentem, acque ex communī omnium consensu, qui non solum idē aſserunt, verū etiam addunt, vocabulo, intelligere, vitalem actionem significari. Neque latisfacit responsio Scotti, nempe, intelligere, aut velle, appellari ab Aristotele & à ceteris Philosophis actiones immanentes, non quod vera actiones sint, sed quod imitantur veras actiones in dependentia ab agente quoad conseruationem, & in receptione in aliquo ſubiecto. Non, inquam, latisfacit hæc reponſio, quia ſimiliter lumen, & paſſio, in ratione paſſionis, ceteraque accidentia, quæ, vt conſeruentur, pendent à ſuis cauſis efficientibus, dicentur actiones: quippe cū duq̄ illæ affectiones illis ſint cum actionibus propriè dictis communis: cū ergo nullus ſan̄ mensis confeſſerit, lumen, paſſionem, in ratione paſſionis, & cetera accidentia, quæ, vt conſeruentur, pendent à ſuis cauſis efficientibus, actiones esse, ſit, vt intelligere & velle non illatione ab Aristotele, ceterisque Philosophis actiones dicantur, ſed ea pouſis, quod ſint vera actiones de prædicamento actionis, per quas terminus aliquis producatur. Confirmari autem id potest ex 10. Eth. c. 3. vbi Philosophus: Neque enim, inquit, operationes virtutis ſunt qualitates, neque felicitas ipsa (sub intellige) eſt qualitas.

Caiet. & Torres hoc loco aliter referunt opinionem Scotti. Inquit enim, illum conſtituire in intellectu dupl̄cēm actū ſecundum, vnum qui ſit operatio, alterum, qui ſit produc̄tio verbi: intelligere quippe apud Scottum, eſſe actū ſecundum, qui eſt operatio: dicere verò eſſe actū ſecundum, qui eſt produc̄tio verbi. Addunt præterea, Scotti affirmare, utrumq; actū emanare immediate ab intellectu in actu primo (hoc eſt, affecto ſpecie intelligibili obiecti, aut obiecto ipſo cum eo concurrente in ratione ſpeciei intelligibili) prius tamen emanare ab eo intelligere, quā dicere, ſeu producere verbum. Hanc aſſuerant eſſe opinionem Scotti, quam impugnat Caiet, argumentando ad hominem, ex quodam alio dicto eiusdem Scotti in 1. dist. 1. quæſt. 1. artic. 3.

Si tamen Scottus legatur attente, certe compe-

rietur, nihilominus aſſeruisse de verbo, dicere, atque intelligere creato, ſed id ſolum quo nos paulò ante retulimus. Nempe, dicere eſſe elicer intellectuonem, eſſeque prius natura intellectuonē ipsa, eo pāto, quo cetera actiones veræ priores ſunt ſuis terminis, vt ex iis, quæ in dist. 3. quæſt. 6. in tribus quæſtiunculis, quas eo loco excitat, eſt manifestum. Nam ferè in vltimis verbis illius quæſtiuncula in reponſione ad tertium docet, intelligere eſſe terminum huīus, quod dico, elicer & producere intellectuonem, elicer eque intellectuonem, eſſe veram actionem in manente, per quam producitur intellectuonem: intelligere verò non eſſe actionem propriè, ſed dici actionem aequiuocē, eſſeque terminum actionis propriè. Et distin. 27. quæſt. 1. vbi explicat quid ſit verbum creatum, remittit lectorum ad ea quæ dist. 3. quæſt. 6. docuerat.

Verum tamen eſt, Scottum in 1. dist. 2. quæſt. vltima §. Obiectur contra illam deducentem, conſtituere duos illos actus, quos refert hoc loco Caietanus, atque eo ordine, quo eos Caiet. eo refert: attamen non loquitur de intellectu creato, neque de productuone verbi creati, ſed de intellectu diuino, & de productuone Verbi diuini. At enim, ab intellectu Patris in actu primo id eſt, concurrente ipſo metu Patre, illiſyse eſſentia in ratione obiecti, atque ſpecie intelligibilis) emanare dupl̄cēm actū: vnum ab intellectu Patris, quā eſt intellectus Dei, qui quidem actus eſt intelligere commune tribus perlonis diuinis, & eſt operario, non tamē productio: quippe cum per eum nihil producatur, quod ſit reiſpa diſtinctum à Patre: alterum ab intellectu Patris, quarēnus Patris eſt præcīſe, qui eſt productio & generatio Verbi diuini diſtincti reā Patre, a quo producitur. Atq; hunc actum ait, eſſe dicere Patris, quia eſt productio Verbi: priorem verò illum alium non eſſe dicere, quia per eum non generatur Verbum. Cum enim commune fit tribus personis diuinis, ſi eſet dicere, per eūnique Verbum produceretur, profectores perlona diuina dicent ac producerent Verbum, quod nulla ratione eſt dicendum. Opinio itaque Scotti eo loco eſt, ab intellectu Patris in actu primo emanare immediate dupl̄cēm actū. Vnum, qui eſt intelligere eſſentiale, & communę Patris cum reliquis personis diuinis. Atque hunc actū non eſſe productio, eo quod per eum nihil prodeat reiſpa diſtinctum producere, vt in ſequentiibus erit amplius manifestum. Alterū verò proficiſci, qui eſt generatio & productio Verbi diuini, eſſeq; à ſolo intellectu Patris, vt Patris, & idcirco eſt proprius actus Patris: appellatūque, tū dicere, rum etiā intelligere notionāliter, quia præſupponit, & quodāmodo includit intelligere eſſentiale, & addit habitudinem producēti per intellectu ad productum per intellectū, per quam completerat ratio generationis actū, atque dicēti ad Verbum aeternū dictū, vt in ſequentiibus erit manifestum. Quia verò eſſentia, quæ conueniunt Deo, vt Deus eſt, noſtro intelligendi more præcedunt notionālia, quae ſunt propria per ſoni diuinis, ait Scottus, ab intellectu Patris prius, noſtro modo intelligendi, emanare intelligere eſſentiale, quā dicere & producere Verbum diuīnum. Opinio hæc Scotti, de huiusmodi dupl̄cē actū intellectus Patris, vera eſt ac amplectenda. Recettamur tamen ad tertiam opinionem de verbo, quam ſolam verā eſt iudicauimus, examinemulque duas opiniones, in quas diecebamus eam diuidi.

Sciendum itaque eſt, inter existimantes verbum eſſe conceptum, atque imaginem exprefſam vnum rei ſignificandi productam per actum intelligendi tamquam per diſtinctum actionem,

*ad hunc intel actionem, esse non parum controuersiam, utrum
verbū re distinguiatur ab actū intelligendian
verō solum ratione formalī. Ferrariensis i. cōtra gen
tes, cap. 53. censet, distingui re. In eamē senten
tiam inclinant Caeteranus hoc loco, & Capreolus in
i. dist. 27. quæst. 2. Torres etiam hoc loco disput. 4.
par. 1. & 2. hanc putat probabiliorem sententiam, &
D. Thomæ consonantem. Alter tamen eam de
fendit ac Ferrariensis. Ait namque, solutionem hu
ius quæstionis pendere ex solutione huius alterius,
utrum actio sit in agente, an in paciente tamquam
in subiecto. Ac quod ad hanc posteriorem quæstio
nem attinet, arbitratur, in productione cuiusque
effectus dari duplēcē actionem. Vnam impropriē
dictam, quæ sit idem re cum effectu, ab eo tamen
distinguita formaliter. Hanc dicit esse in paciente tam
quam in subiecto, de hacque locutum Aristotelem
3. Physicorum, dum docuit, actionem & passionem
essi idem re, siueque in paciente tamquam in sub
iecto. Huiusmodi namque actio est ipsam effec
tu, ut ab agente. Alteram dari arbitratu propriē
dictam, quæ sit idem re cum principio efficiē
quo agens agitare actionem propriē dictam, per
quā ignis calefacit aquam, dicit esse idem re cum
calore ignis, à quo emanat calor in aquam.*

Quod ergo ad priorem quæstionem attinet, af
firmat, actionem propriē dictam, per quam intelle
ctus intelligit, ac producit verbū, esse idem re cum
intellectu: distingui verō re à verbo: eō quod hu
iusmodi actio non sit aliud quam intellectus, ut ab
eo emanat verbum. Actionem autem impropriē dictam per quā intellectus intelligit ac producit ver
bum, putat esse idem re cum verbo, distinguique
ab eo formaliter, eō quod non sit aliud, quam ip
sum verbum, ut emanans ab intellectu. Hanc
sententiam non aliter probat, quām adductis
quibusdam testimoniis D. Thomæ, in quibus asse
tere videtur, actionem esse idem re cum principio
efficiē, ac proinde distingui re à termino produ
cto. Argumenta quoque Ferrariensis non refero,
quoniam facile ex dendis soluentur.

*Verbum di
fingi for
maliter tan
cum ab actū
intelligendi,*
*Quānam sen
tientia.*

Alij, de quorum numero sunt Victoria & Sotus,
affirmant: omnem vniuersim actionem esse in pa
ciente tamquam in subiecto, siueque idem re cum
termino, verū ab eodē distingui formaliter. Quā
re cum intelligere sit actio, per quam producitur
verbū, verbūque sit terminus intellectionis, af
seuerant, intelligere & verbū esse idem re: distin
giū verō inter se formaliter: quemadmodum cale
factio & calor per eam productus, sunt idem re, &
formali discrimine differunt. Hæc sententia est nobis
amplectenda, quam satis credo ostendimus 3.
Physicorum, dum de motu ester sermo.

*Discrimen
Ferrariensi
à excusatū
reducatur.*

Nec sat facit, quod Ferrariensis loco citato ait,
disparem scilicet esse rationem de motu comparatione
termini, & de intellectione cōparatione verbi
terminantis: eō quod, vt ait: *Motus sit actus imperfecti
atque existens in potentia, ideoque inconveniens non
est, quod idem re sit cum suo termino: intellectus verō sit
actus perfecti atque existens in actu, eaque de causa
necessitate non sit, vt si idem re cum suo termino.* Non, in
quan, fatis facit discrimen hoc Ferrariensis. Etenim
illuminatione, ceteraque alterationes, quæ fiunt in
instanti, non distinguuntur re à suis terminis, esto
non habeant adiunctā rationem motus: quare quod
actio coniungatur, vel non coniungatur cum ratio
ne motus, impertiens est, vt sit, aut non sit idem re
cum suo termino.

*Tores impu
gnatur.*

Illud etiam, quod Torres affirmat, duplēcē sci
licet esse actionem in productione cuiusque effe
ctus, alteram propriam, & alteram impropriā, com
mentitum est sanè, & absque vlla necessitate enti
tates multiplicat, principiūque efficiē cum actio
ne confundit. Etenim in igne, quando calefacit a
quam, non datur aliquid præter principium efficiē,
à quo inducitur calor in aquam: neque actio ignis
est calor ignis, qui est principium efficiēns. Sanè si
calor in igne existens esset actio, per quam calefa
ceret aquam, antequam ab eo emanaret calor in
aquam, diceretur aquam caleficere, quod est aperte
falsum. Actio ergo ignis non est aliud, quām ema
natio caloris ab igne in aquam, quām sanè non est ali
quid existens in igne, sed in aqua: alia quando crea
tura de nouo creaturā à Deo, emanatio ipsa esset
actio in Deo, ei de nouo adueniens, quod nullo mo
do est concedendum.

*Opinio Fer
rariensis affir
mantur.*

*Etus, alteram propriam, & alteram impropriā, com
mentitum est sanè, & absque vlla necessitate enti
tates multiplicat, principiūque efficiē cum actio
ne confundit. Etenim in igne, quando calefacit a
quam, non datur aliquid præter principium efficiē,
à quo inducitur calor in aquam: neque actio ignis
est calor ignis, qui est principium efficiēns. Sanè si
calor in igne existens esset actio, per quam calefa
ceret aquam, antequam ab eo emanaret calor in
aquam, diceretur aquam caleficere, quod est aperte
falsum. Actio ergo ignis non est aliud, quām ema
natio caloris ab igne in aquam, quām sanè non est ali
quid existens in igne, sed in aqua: alia quando crea
tura de nouo creaturā à Deo, emanatio ipsa esset
actio in Deo, ei de nouo adueniens, quod nullo mo
do est concedendum.*

*Obiūciet aliquis aduersus haec hanc dictam, si quē
admodum per calefactionem producitur calor, ita
per actum intelligendi producetur verbum, sanè
sicut producitur calore cessat calefaction, si produc
tur verbo in primo instanti unius hora, in qua tota rem
aliquam intelligimus, cessaret intellectio, ac proinde
in reliquo illius horæ spatio intelligeremus rem per
verbum sine intellectione, quod esse non potest: vt
enim contradictionem implicat caleficere sine ca
lefactione, ita contradictionem inuoluit, intelligere
sine intellectione.*

*C*ontra hoc argumentum neganda est similitudo: li
cet enim calor & verbum in eo conueniant, quod
vtrumque est terminus actionis, per quam produ
citur: differunt tamen in hoc, quod calor pendet
solum vt fiat, non verō, vt conseruetur ab actione
per quam producitur, eaque de causa producitur ca
lore, cessanteque actione, manet calor producetus:
at verō verbum habet non modū generationem,
sed conseruationem etiam ab intellectione pen
dente, eo modo, quo lumen penderit ab illumina
tione: eaque de causa producitur verbo in primo in
stanti hora, in qua tota rem aliquam intelligimus,
non cessat actus intelligendi, quo generatur, in
de persequerat, cessanteque actione, cessat definitus
esse verbum, non secus ac cessante illuminatione
definitus esse lumen.

M E M B R U M III.

Quæ sit necessitas constituendi verbum.

*E*S pereft examinanda præcipua difficultas hujus
disputationis, nempe, quānam sit necessitas con
stituendi verbum mentis præter actum intelligen
di, & speciem intelligibilem. Caeteranus hoc loco,
Capreolus in i. dist. 27. quæst. 2. Ferrariensis primo
contra gentes, cap. 53. & lib. 4. cap. 13. Torres hoc
loci disputat. 5. & disput. 2. prope finem, & quidam
alij respondent. Necessestatem constitundi verbum
ac imaginem expressam esse, quia ad cognoscēdum
necessaria est præsentia obiecti, vel in se, vel in ali
qua sui imagine & similitudine, vt obiectū ter
minet actum cognoscendi: quare cum intellectus
& phantasia indifferenter cognoscant res præsentes
& absentes, existentes aut non existentes: fit, vt ia
hi potentiis concedenda sit species expressa, quæ
obiectū, tamquam quid immediatē cognitum,
terminet notiam, sitque ratio cognoscendi obiec
tū, cuius est imago expressa: obiectū namque
ipsum, cum se pō sit præsens, terminare non po
test immediatē talem cognitionem: neque verō id
potest habere species impressa, cū solum concurred
at efficiēt ad cognitionem eliciendam. Vnde,
I i 4 inquit,

*Actio tran
siens non est
in agere, sed
in passo, ut
in subiecto.*

Obiectio.

Solutio.

*Verbum ut ab
intellectione
pendeat.*

*Caiet. & quo
rundū alio
rum opinio.*

inquiunt, quia sensus externi solum percipiunt res præsentes, non est necesse cōcedere in illis speciem expressam, quæ obiectuē notitiā terminet: cō quod ipsam obiectuē fīt satis, vt per seipſa fīt terminū immediatē. Propter hanc eamē rationem Caietanus vult, Angelos, dum cognoscunt suam propriam substantiam, nō producere verbum: cō quod substantiam habeant intellectuē suo præsentem sufficienter, vt obiectuē terminet cognitionem, quam de ea eliciunt. Addunt Caietanus & Ferrariensis, quando dicitur verbum mentis immediatē terminare cognitionem tamquam quid cognitum, quod ratio sit cognoscendi obiectum, cuius est imago, non ita est accipiendo, quāsi verbum, vt qualitas quādam est, cognoscatur, cognitumq; eo modo sit ratio vterius cognoscendi obiectum: sed quia cognitione immediate vt imago, sit ratio obiectuē cognoscendi obiectum per illum eundem actum, quo verbum ipsum, vt imago, cognoscitur: ex Aristotle naque in libro de Memoria & Reminiscencia, cap. i. *Idem est motus in imaginem, & in id, cuius est imago.*

Sententiam hæc tenus explicatam, quatenus affirmat, in intellectu & phantasie constitutandam esse speciem expressam, que tamquam quid cognitum sit ratio obiectuē cognoscendi obiectum, cuius est species expressa, aut verbum, probat Torres. Primo, quoniam experientia compertum est, quando contemplatur rem aliquam, præfertim abhrente, esse intus in anima obiectum, et representans, in quo tamquam in ipsius imagine eam intuemur.

Secundū, quia verbum mentis actu representat animam rem, cuius est verbum: sed nulla res potest aliquid nobis representare, quin prius ipsa à nobis cognoscatur (voces namque nisi prius sint auditæ ac cognitæ, nō possunt nobis representare id, quod significant: imago item Cæsaris nō prius nobis Cæarem representat, quā à nobis conspicitur) ergo quando anima aliquid intelligit per verbum, prius intelligit ipsum verbum, & in eo, ac per illud rem cuius est verbum.

Tertiū, Aristoteles 2. de anima textu 60. affirmat, obiectum sensuum exteriorum esse extra: obiectum vero intellectus esse in anima: quod non alia ratione affirmat, nisi quia intellectus producit verbum, in quo tamquam in obiecto cognito percipit rem cuius est verbum: sensus autem non producit imaginem expressam, in qua intuitum obiectum, quod est extera, sed immediate percipit obiectum ipsum.

Contra sententia, nēmē verbum ac speciem expressam non ea ratione cōstituendam, vt obiectum & tamquam quid cognitum concurrant ad cognitionem, est nobis prorsus afferenda. Ac fāne quando non esset aliud argumentum, quā experientia ipsa, qua quiuis, dum intelligit, in seipso experit, non intelligere se imaginem obiecti, & in imagine obiectum ipsum, sed immediatē solum obiectum, id planè deberet esse sufficiensimum, vt haec nobis sententia probaretur. Ut enim probē argumentatur Durandus, nunquam later cognoscēt se cognoscere rem, quam cognoscit: quare cū nullus, dum quodus obiectum intelligit, experit se cognoscere verbum eius obiecti, neque vt qualitatē, neque vt imaginem: dicendum proculdubio sit, non ea ratione verbum constitui, vt si quid cognitionis, in quo obiectum, cuius est imago, cognoscatur.

Secundū, quando Socrates conspicitur in speculo, ea ratione dicitur non videri in se, sed in alio, quia conspicitur in sua imagine, & similitudine re-

A cepta intra speculum: si ergo quicquid intellectus intelligit, id in specie expresa, similitudinēque obiecti cognita intelligit, sequitur intellectum nullum obiectum intelligere in se, sed omnia in alio, nempe in verbo, quod tamquam rem cognitam, attingit prius intellectione sua: non secus ac oculus, dum Socratem in speculo contuerit, attingit prius imaginem Socratis tamquam rem cognitam, & per eam Socratem ipsum: affirmare autem intellectum nullum obiectum ad extra intelligere in se, pugnat cum communī modo loquendi, etiam ipsorum sectatorum D. Thomæ. Quō sit, vt verbum mentis non sit quid cognitū, in quo tamquam in sua imagine intelligatur obiectum.

Tertiū, quando in sensu externo est notitia intuitiva obiecti, etiam in sensu interno, & in intellectu est notitia intuitiva, quæ non minus pendet præsentia obiecti, cū intuitua sit, quām pendeat notitia sensus externi: si ergo eiūmodi præsentia obiecti in causa est, cur sensus externus, quando cognoscit, non producat speciem expressam obiecti, etiam erit in causa cur sensus internus ac intellectus, quando cognoscunt per illas notitias, non producant speciem expressam aut verbum: vel ergo dicturi lunt, intellectum per notitiam intuitivam non producere verbum, quod non concedet, vel malè negant sensum externum, propter præsentiam obiecti, producere speciem expressam.

Quarto, substantia Angelii æquē, imo plus præsens est intellectuē Angelico, ac obiectum sensus externi est præsens sensu: æquē etiam ab intellectu Angelico cognoscitur notitia intuitiva, ac sensus externi cognoscunt sua obiecta similibus notitiis: ergo si propter præsentiam obiecti sensus externus non producit speciem expressam, neque etiam Angelus dum intelligit suam substantiam producet verbum. Malè ergo Torres, & quidam alij ex sectatoribus D. Thomæ (Caietanum excipio) propter præsentiam obiecti negant sensum externum producere speciem expressam, & concedunt ab Angelo, dum suam substantiam intelligit, eam producere cū vtrōbique per cernatur ratio: aut ergo negant Angelum, dum suam substantiam cognoscit, producere verbum, aut confiteantur rationem illam, propter quam negant speciem expressam in sensu externo, nullius esse momenti.

Id quod possumus confirmare efficaciter, quia Pater æternus intelligendo se producit Verbum: E cū ergo nullum obiectum possit esse magis constitutum, ac præsens potentia, quā Pater æternus sit suo intellectuē: sit, vt præsentia obiecti neque in Angelo, dum intelligit propriam substantiam, neque in sensu externo impedit productionem speciei expressae aut verbi.

Quinto, quando dicas, ob id sensum externum non producere speciem expressam, quod obiectū, dum sentitur externo sensu, semper est præsens, eaque de causa per seipsum immediatē potest terminare cognitionem tamquam obiectum cognitionis: quando, inquam, hoc dicas, vel intelligis semper ei. F se præsens, hoc est, nō distans à potentia, quā actus cognoscendi immediatē, atque realiter attingat ipsum: & hoc constat esse falsum: cō quod sapere conspicitur obiectum quod distat à sensu per leucam, vniuersimque obiectum possumus suprà sensum non faciat sensationem: vel intelligis, semper esse præsens, hoc est, semper existere intra sphæram, unde possit producere speciem proportionatam: atque tunc sanè eadem hæc præsentia necessaria est, vt id obiectum sensu interno, aut intellectu notitia in-

M.
In
D.

Art. Torres
argumenta-
tur.
Prīmū.

Secundū.

Tertiū.

*Verbum non
ideo est con-
stituendum,
vt tamquam
quid cognitū
ad cognizio-
nem concur-
rat.*

tuitiu cognoscatur, neque talis præsentia necessaria est, ut terminet cognitionem, sed ut producat speciem, quæ, ut conservetur, pender ab ipso obiecto. Quod si dicas, necessariam etiam esse ut terminet cognitionem: eò quod notitia intuitiva requirit obiectum existens, ad quod terminetur: idem prorsus cernitur in notitia intuitiva sensus interni & intellectus: quare aut dicturus es sensum internum & intellectum per notitiam intuitivam non producere verbum, vel fateri debes illam non esse sufficientem rationem, ut sensus externus non producatur speciem expressam. Adde, quod, cùm notitia abstractiva intellectus, aut sensus interni, non requirit præsentiam obiecti, ut requirit eam intuitiva: sane obiectum non præsens poterit immediatè eam obiectiu terminare tamquam quid cognitū, quippe cùm notitiam terminari immediatè ad obiectū, non sit actionem attingere realiter rem cognitam, ut ostendit (ad id enim necessarium esset, ut res cognita, & potentia cognoscens non distaret ab inuicem secundū locum) sed idem sit, atque cognoscere non mediane alio obiectu prius cognito.

Sexto, si anima in verbo tamquam in obiecto cognito cognoscere obiectum principale, prius esset verbum esse productum, quam anima in eo iam existente ac cognito tale obiectum intelligerer: consequens autem est falsum: quia anima intelligendo obiectum principale, producit verbum, neque est alia actio, per quam illud producat, quam ipsummet intelligere: ergo verbum non concurreat ad intellectiōnem tamquam quid cognitū, sed solum tamquam terminus productus per intellectiōnem, quatenus intelligere non est aliud, quam intelligētē vitaliter exprimere in se imaginem obiecti, quod cognoscit.

Septimo, si verbum esset res cognita per intellectiōnem, à qua producitur, omnis intellectus esset cognitionis reflexa respectu verbi: aut certè, si hoc non sequitur, saltem sequitur, omnem intellectiōnem esse cognitionem intuitivam comparatione verbi immediatè cogniti: quippe cùm sit rei præsentis, ut præsens est: unde vterius sequeretur, nos euidenter cognitione intuitiva cognoscere in nobis esse verbum earum rerum, quas cognoscimus, quod est aperte falsum, & contra experientiam. Dicendum igitur est, non ea ratione ponendum esse verbum, ut sit res cognita, in qua intelligatur obiectum. Alias etiam rationes confecimus quæst. 12. art. 2. disp. 1.

Petes, quanam ergo ratione constitendum est verbum? Respondeo, ea ratione, quam reddidimus quæst. 12. artic. 2. nempe, quod quando cognitione est vera actio, & quid distinctum a cognoscere (quod dico, ut interim excludam cognitionem diuinam, de qua aliquid dictum est quæst. 12. artic. 2. dicetur tunc inferiori suo loco) vniuersim cognoscere non est aliud, quam potentiam cognoscendem exprimere & producere in se vitaliter imaginem rei cognoscendæ. Quare in omni in vniuersum potentia cognoscētē, etiam in sensu externo, admittenda est species expressa rei, qua cognoscitur, producita per actum cognoscendi, ut probant argumenta, qua paulo ante confecimus. Quia ergo potentia cognoscēns indifferens est de se ad producendam cognitionem, exprimendāq[ue] imaginem huius aut illius obiecti, neque in se habet, unde sola eam exprimere valeat, indiget, ut determinetur, ac adiuvetur per speciem, & similitudinem impressam obiecti, qua cum ea efficienter tamquam pars quedā vniuersis integræ causæ concurrat ad vitaliter exprimendam in se imaginem aliam ciuidem obiecti, per quam,

A tamquam per terminum cognitionis, illud cognoscatur, aut certè indiget immēdiato concurſu secum eiusdem obiecti ad modum concursus speciei impressæ, cum tale obiectum est sufficiētē præsens & proportionatum, ut quæst. 12. artic. 2. explicatum est. Atque haec est necessitas constituendi in potentia cognoscētib⁹ speciem impressam ac exp̄ressam, quæ inserviant cognitioni. Species natūre impressa inservit, ut sit principium efficiens vna cum potentia cognitionem, eò quod potentia sola, propter rationem paulo ante redditam, ad id non sufficit. Species vero exp̄ressa inservit, ut sit terminus cognitionis, quia cognoscere non est aliud, quam vim cognoscētē in se vitaliter rei cognoscētē imaginē exprimere.

B Sed obiectet aliquis aduersus hactenū dicta: non solum intellectus, sed etiam alia potentia cognoscētib⁹ producunt speciem exp̄ressam, dum aliquid cognoscunt: ergo verbum non solum est in intellectu, sed etiam in ceteris potentia cognoscētib⁹.

Neganda est consequentia: neque enim omnis species exp̄ressa est verbum, sed ea tantum quæ est terminus locutionis: quare cum locutio propriè solum cernatur in intellectu & non in aliis potentia cognoscētib⁹, sola species exp̄ressa intellectus dicitur propriè loquendo verbum, sicut solæ voces, quæ mentis conceptus nunciant, oris verba propriè loquendo dicuntur: voces namque psittacorum & parvorum non sunt verba propriè loquendo, sed solum imitantur verba nostra. Hoc etenim vero vel maxime (ut Cicero 1. de Oratore recte ait) feris præstamus, quod colloquimur inter nos, exprimerēque dicendo sensa nostra possumus.

Superest respondeamus, tum ad tria illa argumenta, quibus Torres probare conatus est verbum concurreat ad cognitionem tamquam quid cognitum, rationēque obiectiu cognoscētē obiectum, tum etiam ad argumenta, quæ in principio disputationis proposita sunt.

Ad primum ergo argumentum, quod Torres conficit, negandum est, nos id experiri. Experimur quidem, quando cogitamus patrem absentem, nos habere cognitionem membrorum ac effigie illius: at quod in nobis similitudinem illorum membrorum, ac effigie habemus, quodque in ea similitudine tamquam in obiecto cognito cognoscamus membra & effigiem patris, id non experimur, quia in modo contrario.

Ad secundum dicendum est, verbum mentis representare tamquam signum formale, non vero tamquam signum instrumentale: sola autem signa instrumentalia, ut dialektici aiunt, indigent ut cognoscantur, ad hoc ut representent, de quorum numero sunt illa, quæ Torres in exemplum adducit. Quare neganda est minor, si vniuersim intelligitur.

Ad tertium dicendum est, Aristotelem eo loco, ut latius ibidem exposuimus, solum voluisse, quando habemus scientiam habitualem, obiectum intellectus esse in anima ratione phantasmatum, quæ in ea remanent, à quibus potest elicere species intelligibilis, quando voluerit, eaque de causa potest intelligere in absentiā obiecti externi: at obiecta sensuum externorum non sunt hoc modo in anima: quippe cùm in absentiā obiectorum nihil in anima remaneat, eaque de causa sensus externi nihil possint sentire, cùm absunt obiecta externa.

M E M

Intelligere
quid sit.

Ipsius ita:
io quarever
bū si con
finendum.

Species ex
pressam in
omnipotētia co
gnoscētē, etiā
externa, cur
potesta.

Obiectio.

Dissoluitur.
Non quacū
que species
exp̄ressa est
verbum.

Ad primū
argumentū
Torres.

Ad secundū.

Ad tertium.

MEMBRVM IV.

Argumenta initio questionis proposita soluuntur.

Ad primum. Primum argumentum initio disputationis positum non minus pugnat contra Scotum, quam contra nos. Apud Scotum namque elicere intellectiōnem ac verbum, est actio immanens: & tamen per eam producere intelligere & verbum, ut ipsemet affirmat: quare confiteri tenetur, per aliquā actionem immanentem, produci aliquem terminū. Ad argumentum ergo dicendum est, discrīmen illud inter actionem immanentem & transeuntem, quod Aristoteles tradit 9 Metaph. & 1 Ethicorum innuit, non ita esse intelligendum, quasi per actionē nūnca immanentem nihil omnino producatur: sed ita vt nihil producatur, ad quod actio ipsa ordinatur tamquam ad finem. Itaque discrīmen, quod illis in locis Aristoteles constituite intedit, est, quod

Actio im- manente *nūnca* ad quod actio ipsa ordinatur tamquam ad finem: *hīl produci* per actionem vero immanentem nihil producitur, *ad quod ad quod* actio ipsa dirigatur tamquam ad finem. *ipsa ordine-* tur in quo. Estque illud legitimū discrīmen, maximēque ad transeunte notandum inter utramque actionem. Per calefactiōnem enim non solum producitur calor, sed etiam calefactio ipsa est in rerum natura, vt sit calor, & non è contrario, idēo est calor, vt sit calefactio, per quam producitur: idēmque cernitur in ceteris actionibus transeuntibus. Quia ergo in illis actio est propter terminum productum tamquam ob finem, & non è contrario, terminus est nobilior actione: eaque de causa in actionibus transeuntibus numquam actio ipsa est ultimum tamquā finis, ad quem cetera ordinantur. In actionibus autem immanentibus, licet semper per eas aliquid producatur, vt intellectiōne verbū, per cognitionem sensus species expressa, in quam non quadrat propria verbi appellatio, per actus etiam voluntatis certus terminus, vt artic. 3, ostendimus (quod idem ceteris actionibus immanentibus conuenit) nihilominus res producere ipsas productiones tamquam fines respiciunt, nec tamen sunt eorum fines. Neque enim idēo intelligimus, vt producatur verbum, sed idēo intelligendo producitur verbum, quia sine eo non possumus intelligere. Quō sit, vt verbum ordinetur à natura ad intellectiōnem tamquam ad finem, & non è contrario. Habitū etiam, quos actus intelligendi, volendi, &c. tamquam principia efficientia parunt, ad ipsos met actus tamquam ad fines diriguntur: habitus namque à natura instituti sunt, vt promptius & melius exerceamus actus ipsos: nec tamen actus dantur, vt habitus sint. De his copiosius differimus 2. de Anima, cap. 4. Quia ergo actus immanentes intellectus & voluntatis praestantes sunt ceteris omnibus rebus, quas producent, rationēque finis habent comparatione harum, merito Aristoteles 1 & 10. Ethicorum felicitatē tam morem quam speculatiū, in illis constituit.

Ad secundū. Ad secundū negandum est antecedens: ostendimus namque actum sentiendi speciem expressam generare, similiēque modo aliquo terminū actiōnibus voluntatis respondere, artic. 3. patet.

Ad tertium. Ad tertium concedenda est confecatio, si tam in antecedente, quā in consequente sermo sit de intelligere, quod sit vera actio, quale est omne intelligere creatum. Ad primam probationem, qua conse-

A quentis falsitas probatur, dicendum est, Filiū & Spiritum sanctū non intelligere intellectiōne qua sit actio, quæque ab intelligenti distinguitur, & idcirco non esse opus, vt producatur Verbum: id quod in sequentibus clarū exponetur. Quod verò attinet ad secundam probationem quæst. 12. art. 2. disput. 1. ostendimus, & beatos inuentes diuinam esentiam, & Angelos, cum propriam contemplantur substantiam, verbum proferre.

Ad quartum dicendum est, intelligentiam, id est, intellectum, per intellectiōnem producere verbum tamquam per actionem, quæ est ipsam verbi producē: non verò tamquam per principium efficiē: Augustinum autem dicere, verbum produci à memoria tamquam à principio efficiē, à quo tum actio, qua generatur verbum, tum etiam verbum ipsum procedit.

Ad quintum negandum est, speciem impressam & expressam de eodem obiecto esse ciuidem species, vt in libris de Anima explicatum est. Impressa namque inducitur à solo obiecto, aut à notitia sensus inferioris in potentiam cognoscētē superiorē: expressa vero producitur, tum à specie impressa, tum etiam à potentia longè nobilitati, in qua talis species impressa residet, ex cuius potentia influxu, & actione species expressa habet maiorem perfectionem essentialē, quam habet species impressa, esto utraque sit imago ciuidem obiecti.

Ad sextum negandum est, antecedens. Ad probationem neganda est consecutio. Ad cuius confirmationem respondebis, tunc aliquid, iuxta eam formā loquendi quorūdam autorū, esse in potentia essentiali, quando est in potentia, non solum ad operationem, sed etiam ad formam, à qua elicitur operatio tamquā à principio efficiē: non verò quando est in potentia ad formam, qua operationem ipsam terminat, quo modo se habet species expressa ad verbum, si cum actu intelligendi conferatur.

Ad septimum dicendum est, intellectiōnem, que vera sit actio, non posse distinctā perfectāque notitia cognosci, quin terminus ea genitus cognoscatur: posse tamen confusē intelligi fine cognitione termini. Cuius rei causa est, quia cū huiusmodi actiones non diriguntur ad terminos, quorum sunt productiones, tamquā ad fines, sicut actiones transeuntēs ad suos terminos ordinantur: neque item eorum termini obiecta sint, circa quae veriantur, sicut termini actionum transeuntium obiecta suo modo sunt transeuntia actionum, sed eorum obiecta solum sint res, que per eas cognoscuntur, quas proinde, vt 2. de Anima, cap. 4. ostendimus est, essentialiter respiciunt: sit, vt intelligi confusa cognitione possint per comparationem ad res, quae per eas percipiuntur, id est, per comparationem ad sua subiecta, nulla interim habita consideratione termini: quemadmodum etiam calefactio intelligitur per comparationem ad calorem, ad quem per se ordinatur tamquam ad obiectum. Cetera, quae de verbo dici poterant, commodiū disputabuntur quæst. 34.

ARTICVLVS II.

Vtrum processio aliqua in diuinis posset dici generatio.

VT examinet, an processio Verbi per intellectum, quam iuxta fidem Catholicae articulo precedente in Deo contendant est ostendit, verēne, ac proprie-
tate generatio, ac proinde vtrum Verbum diuinum
verē.